UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum

**Potesta, Felice**

**Coloniæ, 1712**

Secundus Tomus de Denunciationibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40060**

Visual Library

# EXAMEN CONFESSARIORUM,
## Tomus Secundus,
## DE DENUNTIATIONIBUS.
# PARS PRIMA
### De Denuntiationibus faciendis ad Monitoria Papæ, & Epiſcoporum:

### CAPUT I.

*De Superioribus, qui poſſunt monitoria edere.*

1 DE Summo Pontifice nulla eſt difficultas.

Quantùm ad alios, ſoli Epiſcopi ex Trid. *ſeſſ. 25. de reform. cap. 3.* poſſunt monitoria, ſeu edicta edere pro rebus, aut ſcripturis deperditis, ſeu occultatis ad finem ea reſtituendi, aut revelandi, ſub excommunicatione majori latæ ſententiæ, ipſo facto incurrenda, reſtitutione, vel revelatione non facta intrà certum terminum.

2 Eá concedere poſſunt Vicarius Capituli ſed evacante. Rodriq. *tom. 1. c. 7 [illegible] p. 8. tr. 4. reſ. 17.* quia Capitulum ſede vacante ſuccedit in juriſdictione ordinaria Epiſcopi.

3 Generales Religionum, eorum [illegible]res, & Provinciales, quia habent auctoritatem quaſi Epiſcopalem: item Abbates [illegible]dictini, & ſimiles Prælati, qui ſoli [illegible] Generali ſubjecti: quia pro Epiſcopis [illegible]tur. Innoc. *ex cap. 1. 1. de Cler.* [illegible] Non tamen Priores, Guardiani, & [illegible] periores locales, qui alios Superiores [illegible] habent ſubtus Generalem. Tanc. [illegible] *tract. 4. qu. 2. n. 1.*

Adeóque Superior localis, v. gr. Prior, Guardianus, &c. ſi monitorium ad finem [illegible] velationis pro rebus deperditis, [illegible]

…ſedat, invalidè edit, quia in hac re …eſt judex competens, ob Decr. Concil. … *modo ſub num.* 5. adducendum, quod … non excludat Prælatos Regulares aucto… quaſi Epiſcopalem habentes, uti ſunt … ciales, qui quidem juriſdictionem … ſupra totam Provinciam, Confeſſio… …ſorias, abſolutiones, diſpenſationes, … ſubditis concedendo, quæ mune… Epiſcopi præſtare valent; excludit … ſuperiores locales; quoniam certum … eos non habere auctoritatem quaſi Epiſ… …palem.

Eos tamen poſſe monitoria edere in ſuis Monaſteriis, non quidem ad finem revelandi … rebus deperditis, aut ſubtractis, ſed pro … delictis, docet cum permultis Melphi … *c.* 28. *quæſt.* 1. & 2. quia ſunt Præla… habentes adminiſtrationi conjunctam ju… …dictionem cùm vi coercitiva, ſine qua … eſſet eorum juriſdictio, utpotè iner… … diſciplinæ regularis gladio deſtituta; ac … excommunicare poſſunt, etiam in … *ex cap. Cum in Eccleſ. de major.* & … non quidem per modum ſtatuti, & … ſed per modum præcepti, uti fit per mo… …orum. Hinc in Religionibus, ubi Apoſta… … ſeu fugitivi non ſunt excommunicati à … poteſt ſuperior localis ſuum ſubditum … monitorium, & ſub excommunicatione, … v. gr. intra tres ad Monaſterium redeat, re… …vocare.

Diſparitatem autem de excommunicatio… … pro rebus deperditis, affert Melphi *cit.* … hæc ſolet eſſe ſolemnior, ac majori gra… … & circumſpectione exercenda, atq; ideo … majores Prælatos reſervatur privativè … Prælatos locales.

4 Poteſt Epiſcopus monitorium ferre con… teſtes ad dicendam veritatem, antequam … ſit incœpta; quia veritas omnibus viis indagari debet, nec probandi facultas eſt reſtringenda, *ex cap. de probationibus.* Abbas *conſ* 15.

Item poteſt illud ferre non ſolùm poſt litem incœptam, ut eſt certum: ſed etiam ſi ſit mota coram judice ſæculari, & non obſtante litis pendentia coram ipſo judice ſæculari. Tanct. *cit. qu.* 6. & apud ipſum Raynaudus *de monit. p.* 1. *cap.* 1. *quæſt.* 15. & alii contra Nevizan. Inſuper poteſt monitorium edere delicto jam conſtante, ſive jam ſit factum, ſive in fieri pendens in futurum.

## QUÆRES I.

5. *Pro quanta materia poteſt Epiſcopus monitoria concedere?*

IN hac re regulam dat Trid. *citat. nu.* 1. his verbis:

*Quamvis excommunicationis gladius, nervus ſit Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ad continendos in officio populos, valdè ſalutaris; ſobriè tamen, magnaq; circumſpectione exercendus eſt: cùm experientia doceat, ſi temerè, aut levibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quàm formidari, & perniciem potiùs parere, quàm ſalutem. Quapropter excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmiſſis, ad finem revelationis, ut ajunt, aut pro deperditis, ſeu ſubtractis rebus ferri ſolent, à nemine prorſus, præterquam ab Epiſcopo decernantur; & tunc non aliàs, quàm ex re non vulgari, cauſaq; diligenter, ac magna maturitate per Epiſcopum examinata.*

6 Et quia ſumus in re gravi, quanta eſt exponere ad perniciem, & contemptum cenſuras datas ad ſalutem, peccant mortaliter præfati ſuperiores monitoria concedendo pro re vulgari, & ſine maturitate: *v. tom.* 1. *de caſibus reſervatis.*

7 Et licèt quantitas duorum Juliorum in ma-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

materia voti paupertatis ſufficiat ad mortale, non ſufficit ex ſe, ut pro ea poſſint ſine mortali monitoria concedi, ſed requiritur major quantitas; ſicut major requiritur ad incurrendas pœnas Clem. VIII. *de largit. munerum*; requiritur inquam, talis quantitas, quæ ſit materia ſubjecta pœnis fori externi, & punibilis in judicio; ſumma autem duorum aureorum in jure dicitur ſumma modica, *ex l. ſi oleū 15. fin. juncta l. ſeq.* Pelliz. *tr.* 6. *num.* 10.

8 Hinc ex Trancr. *citat. quæſt.* 1. *num.* 2. & Zecchio, apud ipſum res vulgaris, pro qua non poſſunt monitoria ſine mortali concedi, eſt, ſi non aſcendat ad ſummam decem aureorum. Imò Epiſcopi neque pro hac ſumma ſolent monitoria concedere, niſi excedat viginti aureos.

9 Dixi *ex ſe*, quia ſumma duorum aureorum, aut alia in ſe parva, poteſt eſſe gravis, & non vulgaris in jure ex circumſtantiis; figurentur caſus.

## QUÆRES II.

10 *In Monaſterio benè diſciplinato Religioſorum, ubi cellæ claudi non ſolent clavibus, è cella unius fuit ablata res valoris quinque Iuliorū.*

*An Superior Provincialis pro ea monitorium edere poſſit?*

SUppono, 1. juxta ſententiam plurium Doctorum *de pauper. Relig.* & furtis Religioſorum, allatam materiam eſſe levem, tam in ratione paupertatis quam furti; *de quo in to. 1.* eſt mea reſolutio.

11 Suppono, 2. Superiorem alias diligentias egiſſe, ſed inutiliter. His ſuppoſitis.

12 Reſpon. poſſe, Tancr. *c. quæſt.* 2. & apud ipſum Suarez, Tambur. de jure Abb. & alii; ratio eſt, quia licèt materia ſit in ſe levis, eſt tamen determinata, eique eſt adjuncta ratio ſpiritualis publici boni, nempè ad pacem communem, ad bonum Monaſterii, ejuſdem diſciplinam ſervandam, quæ ratio à Superiore in Monaſterio reſpicitur, & graven inducit obligationem ſubdito ad reſtituendum, vel revelandum, quamvis materia in linea juſtitiæ ſit levis; dit enim gnavis in linea obedientiæ.

13 Declaratur ex *cit.* DD. Quando materia eſt ex ſe levis, tunc, cum non inducat obligationem gravem ex vi juſtitiæ, addi debet præceptum Superioris, & ſic eam inducit vi obedientiæ; hoc autem præceptum non debet addi pro qualibet materia levi, ſed pro ea, in qua apparet aliqua ratio ſpiritualis gravis, ut ſufficiat ad inducendam obligationem graven, quæ ſcilicet reſpicit bonum communitatis, & pro ea imponitur excommunicatio, quæ quidem, cùm ſit gravissima pœna, non debet ferri pro veniali, neque pro quocunque peccato mortali, ſed pro mortali inobedientiæ, & contumaciæ: neque pro quolibet inobedientiæ, ſed pro gravi, & enormi, quod aliter curari non poteſt.

Ita res ſe habet in caſu, ubi monitorium ſub excommunicatione fertur, non ad reparandum bonum temporale perſonæ læſæ, nec ad ſpirituale perſonæ particularis, neque ad impedimendum peccatum mortale perſonæ quæ ſurripuit, ſed ad reparandum bonum ſpirituale communitatis, quæ conſiſtit in pace communi, & in Regulari diſciplina: hinc concludit Tancr. in hoc caſu monitorium obligare ſubditum ad revelandum auctorem rei levis, alias minimè: *ut in tom. de caſibus* reſervatis.

14 Idem dicendum puto de Epiſcopis quoad ſuas Moniales, & de Superioribus Provincialibus Religionum in ſuis Monaſteriis, præſertim pro juvenibus ſecundùm Noviciatus, ad eorum diſciplinam ſervandam, quæ laxis habenis rueret.

QUÆ-

## QUÆRES III.

*15. In quodam populari tumultu plures deprædati ſunt domum cujusdam nobilis. Epiſcopus monitorium edidit, ut ſub pœna excommunicationis, qui detineret bona talis domus, reſtitueret, & qui detinentem ſciret, revelaret. An tale monitorium obliget ad reſtituendum, aut revelandum eum, qui detinet, aut qui ſcit detinentem rem levem?*

RESP. vel iſte fuit ſimul cum aliis ad furtum, & tunc, licèt furatus ſit rem levem, peccavit mortaliter, & tenetur ad reſtituendum totum damnum in ſolidum in defectu aliorum, cum jure ab eis repetendi, quia fuit cauſa partialis partialitate cauſæ, ſed totalis totalitate effectus, ratione mutui comitatus, qui fuit cauſa totalis totius furti, quod proinde totum attribuitur ſingulis, & multo magis ſi alios excitavit. Et talis detentor, ſicut & alium ſciens, ligatur monitorio; ità ut teneatur ſub cenſura ad reſtituendum rem levem, & reſpective ad revelandum.

16 Quòd ſi intra terminos monitorii ſciat alios reſtituiſſe, non tenetur ſub mortali ad reſtituendum, nec ligatur monitorio; quia licèt graviter deliquerit rem levẽ ſurripiendo, leviter delinquit eam detinendo: tenetur quidem reſtituere, ſed ex vi juſtitiæ, & ſub veniali, minimè ex vi obedientiæ, ſeu monitorii, & ſub mortali, quatenus ex juſtitia commutativa læſa oritur obligatio ad reſtituendum conformis qualitati culpæ in accipiendo, aut detinendo, quæ in iſto, facta aliorum reſtitutione, eſt venialis.

17 Vel fuit ſolus; & tunc, ſi neſcierit, & neſciat alios furatos eſſe, utique non tenetur ſub mortali ad reſtituendum, & conſequenter non ligatur monitorio, quia non cooperatur formaliter, ſed ſolùm materialiter ad damnum notabile alterius.

18 Difficultas eſt, ſi iſte quando furatus eſt, ſciverit alios eſſe furatos, aut ſi id ſciat poſtea promulgato monitorio. Tambur. *lib. 8. tract. 2. c. 3. §. 3. n. 2.* Buſem. *lib. 8. tr. 4. c. 1. dub. 3. n. 3.* cùm aliis dicunt, eum non peccare mortaliter, adeóq; non ligari monitorio, quia hic non eſt cauſa furti alterius.

19 Dico tamen, iſtum obligari ex vi monitorii, & ſub cenſura ad reſtituendum, ac reſpectivè ad revelandum. Tancred. *cit. q. 1. n.* 8. peccavit enim graviter, cùm tali ſcientia rem levem accipiendo, & ſi tunc ignoravit, adveniente notitia, incipit peccare graviter detinendo. Bonac. *to. 1. de oblig. denunc. diſput. 6. pag. 895. n. 9. to. 2. pag. mihi* 538. *n.* 6. & alii *in tom.* 1 de furto; quia licèt iſte, ſtante ſcientia, quód alii ſint furati ab eodem, non ſit cauſâ impulſiva ad furtũ aliorum, eſt cauſâ cooperativâ ad notabile damnum alterius; licèt enim ſinguli quid leve rapuerint, omnia tamẽ hæc levia notabile damnum conſtituunt, quòd cùm poſſint reparare, ſi ſinguli reſtituant, quód acceperunt, ſinguli peccant mortaliter detinendo, & cõſequenter ſinguli monitorio ligantur.

## QUÆRES IV.

*20 Hæres ab inteſtato ſuccedens prætendit, teſtamentum Petri in perſonam Pauli extranei eſſe nullum, utpotè factum ab eo, quando erat ſenſibus deſtitutus, & quia teſtes in teſtamento ſcripti recuſant veritatem aperire, niſi coactos: petiit ab Epiſcopo monitorium, ut, qui nullitatem teſtamenti ſcirent, revelarent. An poſſit Epiſcopus monitorium concedere?*

CAſum proponit Tancr. *cit. quæſt.* 3. cùm quo

21 Videtur, quòd non poſſit, quia monitoria non ſunt concedenda, quando ſunt



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

infamatoria alicujus. Probus *in cap. 2. de Conſtitut.* & alii; tale eſt præſens, nam ex hac revelatione ſequitur infamia, quod Paulus, & notarius teſtamentum fecerint cum fraude, 2. quia nec ſunt concedenda, quando perſonæ ſunt certæ, itàut, ſi debitor, aut delinquens ſit certus, non teneantur alii poſito monitorio revelare. Barb., in Concil. Trid. *ſeſſ. 25. de reform. cap. 3. num. 2.* Sotus, & alii: ſic eſt in caſu, ubi teſtes ſunt certi, quia ſcripti.

22 Reſp. autem Tancr. poſſe Epiſcopum monitorium concedere, & eo teſtes obligari ad revelandum. Quia cum quilibet ſit præſumendus bonus, niſi certò conſtet, quòd ſit malus, præſumi debet, quòd nec Paulus, nec Notarius adverterint, Petrum eſſe jam ſenſibus deſtitutum: & ſic ex revelatione non ſequitur eorum infamia.

23 Nec obſtat, quòd teſtes ſint certi: quia poſſe monitorium ferri contra teſtes, quando ſciuntur, & renuunt veritatem dicere, docent Oliva, & alii, quos refert Barboſ. *de poteſtat. Epiſc. alleg. 96. num. 17.* & Riccius *part. 1. deciſ. 219.* qui *in Praxi Rerum fori Eccleſ. deciſ. 275. num. 7.* ulteriùs addit.

24 *Poſſe concedi monitoria contra conſcios ſimulati contractus in grave tertii præjudicium, ut puta, ſi quis ficte, & apparenter fecerit donationem, &c. prædii alicui exempto, ut à collectarum, & ruralium onerum ſolutione liber eſſet, quia cum hoc tendat in præjudicium, & damnum illorum, ad quos poſtmodum pro rata ratione hujuſmodi collectæ ſolvendæ onus ſpectabit,* juxta tradita per D. Joannem Bapt. *Conſtit. in tract. de port. rata quæſt. 149. n. 2. & quæſt. 157. in hoc caſu, & ſimilibus ad monitoriales jure recurri poteſt, ut teſtes de hac re edocti teneantur manifeſtare, & ſimulationem dei gerezue talis fraudulenter cum aliena jactura locupletetur.*

25 Concedit autem Tancr. *citat.* quòd poſſit Paulus appellare à Decreto Epiſcopi de conceſſione edicti: quia Decretum conceſſionis edicti æquivalet Decreto, teſtes admittendos eſſe, vel non, ex Lanfranc. *deciſ. 125.* à quo decreto conceditur appellatio ex Bal. *l. poſt ſententiam, ver. pone ergo, Cod. de ſent. interloc. omn. judic.*

26 Quâ appellatione pendente, prædicti teſtes non tenentur revelare, *ex cap. [illegible] ctis de appell. cap. liceat de ſenten. excom.* 6. Tancr. *cit.*

## CAPUT II.

*De illis, qui ex vi Monitorii denunciare tenentur.*

27 DEnunciatio eſt criminis [illegible] manifeſtatio facta ſuperiori, eſt duplex, paterna, ſeu Evangelica, quæ fit Superiori tanquam patri, quæque bonum & emendationem fratris intendit; & judicialis, quæ fit ſuperiori tanquam judici, ut ſuo munere faciat, quod judicaverit expediens, ſive delinquentem puniendo, ſive damnum reparando, ſive utrumque faciendo. Denunciatio canonica dicitur [illegible], quatenùs eſt ex Regula Evangelica, juxta illud Matth. 18. *Quòd ſi eos non audierit, dic Eccleſiæ*, vel ex præcepto ſuperioris Eccleſiaſtici; ſed non diſtinguitur à paterna, & judiciali; quia vel fit ſuperiori tanquam patri, & ſic eſt paterna, vel tanquam judici, & ſic eſt judicialis.

28 Denunciatio judicialis, alia eſt ſpontanea, alia ex præcepto ſuperioris. Prima obligat ratione charitatis, ſecunda ratione charitatis, & obedientiæ, de qua eſt ſermo in præſenti.

29 Hi[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

29 Hinc revelatio fieri debet judici cum ...tario in ſcriptis, quia fit, ut pars eâ uti poſ... & Eccleſia valeat per eam delinquentem ...vocare à peccato.

30 Denunciatio judicialis, ab accuſatione ...ert, quia accuſator ſuſcipit in ſe onus pro...di; quod ſi non probet, ſubjicitur pœnæ ...lionis; non ſic denunciator; licèt teneatur ...nifeſtare teſtes, ſi qui ſint, judici, qui in ſe ...it onus probandi.

31 Qui denunciare tenetur non libera... ab onere, ſi promiſerit, & jurave... ſe non denunciaturum; quia juramentum ...re illicita non tenet, quoniam non eſt vin...lum iniquitatis, *cap. quando de jure jurando.*

*Si non eſt culpa.*

32 QUi non revelando excuſatur à culpa mortali, excuſatur ab ex...communicatione; quia hæc neceſſariò ſup...ponit tanquam materiam culpam mortalem ...num. 107.

33 Propterea, quando edictum præci...pit denunciari fures, aut injuſtos detento...res, non eſt denunciandus, qui detinet ...ob juſtam compenſationem, aut aliam ju...ſtam cauſam, etiam ſi peccaverit accipien...do, quatenus poterat alia via, aut ſine ſcanda...lo &c. ſuum recuperare; quia eſt juſtus deten...tor. Bonac. *tom. 1. de oblig. denunc. diſp. 6.* ...pag. 894. *num.* 1.

34 Nec ſciens hujuſmodi detentorem te...netur eum revelare, ſi ſciat, eum detinere ob ...juſtam compenſationem, &c. aut non reſti...tuere ob impotentiam, vel aliam juſtam ...cauſam puta quia ſcit creditorem abuſurum ...re reſtituendâ, &c. Bonac. *cit. num.* 3. *&* ...quia ſicut liberantur in his caſibus à culpa, ...& cenſura ipſi principales, ita & eos ſcientes, ...nullus tenetur innocentem prodere; eò ...magis, quia mens judicis eſt inquirere de delicto & hâc ratione, reus juridicè interrogatus à judice de homicidio, reſpondere non tenetur, ſi illud ſine culpa commiſit puta ob juſtam defenſionem. Diana *p. 3. tr. 5. reſ. 66.*

35 Tenetur autem ſciens revelare eum, qui eſt impotens in totum, ſi poſſit quo ad partem reſtituere, aut pro futuro tempore niſi ſciat, eum eſſe paratum ad reſtituendum ceſſante impotentiâ Bonac *cit* quia ſicut delinquens non excuſatur ſimpliciter à reſtitutione, ita nec ſciens à revelatione.

36 In dubio de juſta compenſatione, impotentia &c. facienda eſt denunciatio, niſi rationabiliter deponatur dubium, quatenùs eam audivit à fide digno, &c. Bonac. *cit. num.* 6. quia poſſeſſio ſtat pro præcepto ſuperioris, quod eſt certum, & ſolùm dubia eſt excuſatio.

*Damnum grave ſui, aut ſuorum.*

37 NOn tenetur quis denunciare in cauſa propria, ſeu in delicto commiſſo in ſui damnum; quia poteſt offenſus injuriam, & damnum remittere juxtà Conſilium Evangelicum: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus. &c.* Contra quod non debet præſumi ſuperiorem velle obligare. Bonac. *cit. pag.* 892. *§.* 3. *num.* 1.

38 Excipitur, ſi denunciatio præcipiatur in bonum publicum, ſeu in punitionem delinquentis, uti ſunt denunciationes in cauſis fidei, quoties enim ſuperor in edictis pro delictis, etiam contra privatam perſonam commiſſis, punitionem intendit, intendit bonum publicum, nempè ut exemplo, & timore pœnæ, alii coerceantur à malo, ac ſecuriùs vivant; id ſolet contin-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gere in delictis homicidii, furti, adulterii, & ſimilibus, quæ graviter publicam pacem, & ſecuritatem conturbant, *num.* 65.

39 Non tenetur denunciare, ſi ex denunciatione prudenter timeat ſibi, aut ſuis uſque ad quartum gradum, aliquod grave damnum contra aliquod ex quatuor bonis hominis, animæ ſcilicet, corporis, famæ, & ſubſtantiæ corporalis quod ſit præferendum damno alterius. Bonac. *cit.* Diana *p.* 9. *tract.* 9. *reſolu.* 48. quia præcepta humana, & poſitiva, non obligant cum tanto incommodo. Hinc nec juridicè interrogatus à judicè, tunc reſpondere tenetur (unde ait Bonac.) ſi privatim noviſti aliquod delictum, & dignoſcas, quòd delinquens ſciat te ſcire, non teneris denunciare, ſi exinde grave malum tibi times, aut tuis; quia malum tuorum valdè conjunctorum eſt etiam tuum, cùm illud acriter ſentias, & fortè plus: *v. num.* 113. & 123. Hinc fur occultus non tenetur ſe prodere, curare tamen debet ut res reſtituatur domino per amicùm fidelem, aut probum Confeſſarium: *v. num.* 179.

40 Non tenetur quis ex vi monitorii denunciare conjunctos intra quartum gradum etiam ſi non adſint alii teſtes. Tanc. *tom.* 5. *tract.* 4 *quæſt.* 20. Diana *p.* 5. *tract.* 13. *reſ.* 67 qui ex Raynaudo *de monitoriis p.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 20. & 14. Lopez, Avila, Sylv. Baunius, & alii apud Dianam *p.* 8. *tr.* 4. *reſ.* 10. qui cum Excobar id tenet, tam de conſanguineis, quàm de affinibus, uſque ad quartum gradum. Quorum ratio eſt quia non debet lex Eccleſiaſtica cedere in benignitate legi civili, ut velit eos ligare, quos lex civilis non obligat; tum quia ſi conjunctus ageret ut denunciator, aut teſtis contra conjunctum, orirentur inter familias, & conjunctos diſſenſiones, & odia, & tolleretur domorum pax; quod valdè nocet Reipublicæ; ex qua ratione Raynaudus, & Diana eos à denunciando eximunt, nedum in cauſis criminalibus verùm etiam civilibus; ac inſuper rejiciunt limitationem, quam facit Bonac. *tom.* 1. *diſput.* 6. *q.* ... *num.* 5. quòd prædicti teneantur denunciare, ſi valeant ſine gravi damno ſui, aut ... rejiciunt, inquam, quatenus à tali revelatione non poteſt grave damnum abeſſe, ... cordiæ, & odia. Cæterùm licèt regula ... ſit, infra tamen oſtendam caſum, in quo ... lum ex revelatione conjuncti damnum ... tur: *v. nu.* 122. & *ſeq.* & *num.* 128.

41 Iiſdem rationibus non tenetur ... uxorem revelare, quia ſunt una caro; ... ner, & nurus ſocerum, & econverſò, DD. ... *tat.* quia ſocer ſuccedit loco Patris, & gener ac nurus veniunt nomine filiorum, ... ſicut filii non incurrunt excommunicationem communicando cum patre excommunicato vitando, ita nec gener, & nurus communicando cum ſocero excommunicato ... ut, cum de cenſuris, diximus.

42 Imò Genuenſis, Angelus, & ... *ve. familia*, apud Bonac. *citat.* ... dunt ad familiam; nam ex revelatione ... cta à familiari orientur diſcordiæ inter familiares, ſicut tolleretur quies, & pax domus; hinc commune bonum ... & Reipublicæ expoſcit, ut evitentur diſſenſiones inter familiares; quod ipſe Bonac. ... plectitur, quando denuncianti non eſt periculum gravis damni.

43 Idem tenent de amico conjunctiſſimo ſeu arctæ amicitiæ, & de inſigni benefactore, Raynaudus, & Diana ... rum revelatio graviter exaſperaret, ... ritatem aut non levem ingratitudinem ... doleret. Oppoſitam autem ſententiam ... mirum perſonas privilegiatas, ... ſanguineos, uxorem, &c. tenent ... nunciandum, aut teſtificandum, ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…non ſunt alii teſtes, aut qui denunciare valeant tenent *Venerus lib. 2. cap. 10. num.* … Montalvus *lib. 2. legum fori. tit.* 8. Sanchez *in conſil. lib. 6. cap. 11. dubit. 18. num. 9.* & … quos refert Diana *p. 8. cit.* Gloſſ. *in cap Quamquam 14. qu. 2.*

44 In reſolutis *à num.* 41. pro ſententia … excipitur caſus, quo ex non revelatione immineret grave damnum Reipublicæ …, ſi ex non revelatione conſpiratoris … eſſet tradenda hoſtibus; tunc quidem tenetur filius revelare patrem, etiam cum periculo ſuæ viæ, ſi non poſſet aliter malum futurum evitare; quia tenetur … propriam exponere vitam pro ſalute ….

45 Nemo tenetur ex vi monitorii revelare ſe ipſum, & conſequenter nec complices delicti, niſi quando juridicè interrogetur, Bonac *cit. num.* 4. quia revelatio cederet in ſui damnum; tunc autem juridicè interrogatur, quando præcedit infamia, vel ſemiplena probatio, aut indicia ſufficientia, quæ illis æquivaleant. Aret. *In praxi … trum. pag.* 225. & 240. Melphi *ver. Reus:* tenetur verò ſub excommunicatione reſtituere.

46 Filius ſpiritualis tenetur patrem ſpiritualem denunciare; qui etiam poteſt eſſe teſtis contra illum, Bonac. *cit. n.*

TERMINUS.

47 QUi non denunciat intra terminum in edicto præſcriptum, qui ſolet eſſe octo, vel quindecim dierum, peccat mortaliter, & incurrit excommunicationem, niſi ex juſtâ cauſâ excuſetur, vel niſi ſit legitimè impeditus, aut ignoret monitorium: *v. à n.* 642.

48 A quâ excommunicatione à nullo poteſt abſolvi, niſi ſatisfacta parte, nempè niſi obediat; nam elapſo termino non expirat obligatio, ſed ſemper tenetur revelare …, cùm commodè poteſt, niſi ceſſet præceptum, putà ſi ceſſet ejus finis, &c. quia terminus non ponitur ad finiendam obligationem denunciationis, ſed ad maturandam, & ſolicitandam denunciationem; & talis cenſuræ abſolutio in monitoriis reſervatur: *v. à n.* 631. *ad n.* 647.

49 *Eum*, qui intra terminum non revelavit ob ignorantiam edicti, impedimentum, aut aliam juſtam cauſam, adveniente ejus notitia, aut ceſſante impedimento elapſo jam termino, non ampliùs obligari ad revelandum ex vi monitorii, tenent Tancr. *tom.* 5. *tr.* 4. *quæſt.* 7. *num.* 5. Sanchez, Raynaudus apud ipſum; quia hujuſmodi edicta non habent rationem legis, & conſtitutionis univerſalis, ſed ſimplicis mandati, ac præcepti conceſſi ad partis inſtantiam, ac proinde ſunt tranſitoria: hinc eſt, quod dentur pro determinato tempore octo, aut quindecim dierum. Quod ſi nullum aſſignetur tempus, non durant, niſi per ſpatium duorum, aut trium menſium. Sanchez *lib. 6. conſ. c. 1. dub.* 35. *num.* 5, *cum aliis*. Tum quia iſte non fuit in culpa non revelando intra terminum, nam tunc ignoravit edictum, aut fuit legitimè impeditus: *v. n.* 242.

50 Eum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

50 Eum autem teneri ſub cenſura ad revelandum adveniente notitia, aut ceſſante impedimento extra terminum, docent Bonac. *tom. 1. pag. 867. num. 2.* & apud ipſum Suarez, Rodr. Filliuc. niſi cenſura ſit lata ſolùm contra contumaces præteritos, qui intrà terminum jam elapſum non revelaverunt. Cui ſententiæ adhæreo cùm duplici limitatione, 1. Quòd tempus notitiæ, aut impedimenti ablati non diſtet notabiliter, ſed ſit proximum termino edicti, putà per duos, aut tres menſes, 2. Quòd revelatio tunc credatur profutura, præſertim ſi adhuc cauſa pendeat.

51 Illud certum mihi eſt, quòd mortuo ſuperiore juriſdictionem amittat. Leander *de cenſuris tract. 1 diſput. 4. quæſt. 23.* Tancred. *cit. n. 5.* quia mandata ſuperiorum, quibus juriſdictio non confertur, expirant morte mandantis, ſive res ſit integra, ſive non, quando non dantur per modum legis univerſalis, ſed ſimplicis præcepti. Tum quia cenſura lata ab homine ſub conditione, ver. gr. ſi non revelent intra quindecim dies, non ligat, ſi moriatur Judex ante impletam conditionem; nam non cenſetur ferri, niſi quando impletur conditio; adeóq; cum tunc non exiſtat Judex, eam ferre non poteſt.

52 Si verò cenſura fuit contracta ante Judicis mortem, non tollitur per ejus mortem, cenſura námque ſemel contracta, non tollitur per Judicis mortem, ſed per abſolutionem, quæ non pendet ab exiſtentia Judicis. *ſ. n.* 48.

NOTITIA.

53 NEmo denunciare tenetur, [illegible] certò non ſcit, alias exponeret [illegible] periculo levitatis, & patientem damn[illegible] fortè injuſtè pateretur, & propterea [illegible] quuntur de ſcientibus, Scire autem [illegible] tem viſu, vel alio corporis ſenſu percip[illegible] verè, & realiter mente retinere. [illegible] netur quis denunciare, quæ audivit à per[illegible] levibus, vel ſi à perſona gravi, & ſi [illegible] non recordatur à quo; nec tenetur denunciare, quæ audivit à perſonis ignotis, neque [illegible] quorum levem habet ſuſpicionem [illegible] non dicitur ille notitiam habere; & [illegible] in ea incertitudine ad nihil poteſt pr[illegible] procedere, Bonac. *tom. 1. cit. pag. 895.* [illegible] 593.

54 Non tenetur denunciare, qu[illegible] ab eo, qui denunciavit, aut vult denunciare; nec quando probabiliter, & prudenter [illegible] denunciationem nil profuturam, [illegible] periorem nullum remedium eſſe [illegible] rum. Bonac. *cit. nu.* 2. quia nemo obliga[illegible] ad opus inutile.

NOTITIA

*Ex injuria, aut ſecretò.*

55 NOn tenetur quis ex [illegible] ciare, quòd ſcivit per injuri[illegible] tenùs, v. gr. litteras aperuit, [illegible] velandum coegit; qui nec tunc leg[illegible] terrogatus teſtari tenetur. Buſemb. [illegible] *dub, 6.*

56 Nec, quòd ſcivit ſub ſecret[illegible] rali, vel ratione conſilii, aut [illegible] ſcendi cauſa, putà ſi ſit medicus, [illegible] advocatus, procurator, &c. etiam [illegible] thore præceſſerint infamia, ſemi[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[..]tio, aut indiciæ, niſi id ſciveret aliâ viâ; quia [Sacerdos] nec intendit, nec poteſt aliquid præ[ci]pere contra jus divinũ, aut naturale; jus au[tem] naturale expoſcit, ut miſeri non priven[tur] conſilio, aut auxilio, ne ſic alia mala ſe[qu]antur; & conſequenter ſub mortali, & o[nere] reſtitutionis expoſcit, ut ſecretum natu[ra]le ſervetur, niſi juſta, & rationabilis cauſa [ali]ud poſtulet.

57 Talis cauſa eſt damnum Reipublicæ, [aut] tertiæ perſonæ privatæ, pendens in futu[rum], quod aliter reparari non poteſt; vel oc[cu]ltum impedimentum matrimonii; in his [en]im caſibus tenentur medicus, obſtetrix, advocatus, &c. revelare ſecretum, etiam ſi [jur]amento promiſerint non revelare. Bonac. [cit.] pag. 894. à n. 1. Aret. *in pract. crimin. pag.* 964. M[edina] *in pract. crimin. verb. Teſtes*, & Com. quia jus naturale innocentis, ne grave damnum patiatur, prævalet juri naturali, quod habet nocens, ne reveletur; eò præſer[ti]m, quia pro eo ſtat illud Proverb. 24. *Erue [e]os, qui ducuntur ad mortem*; ex quo fit, ut [t]eneamur aliorum pericula, quando poſſu[mus], evitare.

58 Excipitur ſecretum ſacramentale con[fe]ſſionis, quòd omninò eſt ſervandum, etiam [ſi] ex ejus revelatione ſalus totius mundi pen[d]eret.

59 Ubi nota, id, quòd nonnulli ignari ge[nu]flexi, & ſigno Crucis ſe ſignantes proteſta[ri] ſolent, ſe dicere in confeſſione, non cadere [ſu]b ſigillo ſacramentali, ſed naturali; cujus [vi]olatio ſine juſta cauſa eſt peccatum morta[le], ſed non ſacrilegium, cùm illud non ſit ſa[cr]amentum; quòd tunc habetur, quando quis accedit ad Confeſſarium, & cùm eo confite[tu]r omnia ſua peccata cum intentione ſe ac[c]uſandi,

*Delictum, quod probari non poteſt, aut notorium deliquentis occulti, vel occultum occulti.*

60 NOn tenetur quis denunciare, quòd in judicio probari non poteſt; quia quòd probari non poteſt, ſe habet, ac ſi neſciretur. Bonac. *cit. pag.* 893. *n.* 4. qui proindè concludit, eum, qui furtum vidit à fure committi nullo alio præſente, non teneri illum denunciare; benè verò, ſi habeat unum teſtem omni exceptione majorem, aut ſi probabiliter putet, delictum ab aliis ſciri: *v. n.* 67.

EXCEPTIO.

EXcipiuntur crimina nõnulla, quæ quis denunciare tenetur, etiam ſi probari non poſſint, & ſunt

1. *Impedimenta matrimonii.*

61 DEnunciare tenentur ſub mortali impedimenta matrimonii, etiam ſi ſint occulta, & probari non poſſint, tam ſcientes, quàm ipſi contrahentes. Bonac. *cit. pag.* 893. *n.* 5. & Com. contra Pontium *lib.* 5. *de matrim. c.* 34. *n.* 5. *& alios*; quia hæc revelatio eſt ad vitandum malum ſpirituale futurum, nempè peccatum mortale inter conjuges, & injuriam Sacramento; quoniam denunciatio unius ſufficit ad matrimonium impediendum, ex *c. Præterea, de ſponſalibus*, tunc quidem Parochus ſuperſedere debet, uſquequo diligenti inquiſitione peracta, veritatem reperiat.

Si verò contrahentes ſuper impedimento diſpenſationem obtinuerunt, tunc neque ipſi, neque alii ſcientes, illud manifeſtare tenentur; quia eſſet fruſtrà.

2. *Crimina in bonum publicum.*

62 CRimina contra bonum publicum, videlicet contra fidem, tam de hæ-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

reſi, quam de ſuſpectis, *num.* 606. profanationes ſacrorum, dilapidatio bonorum Eccleſiæ, duellum, proditio patriæ, crimen læſæ majeſtatis, falſificatio monetæ, conſpiratio in Principem vel ſuperiorem ejuſque percuſſio, homicidium, ſubornatio in electione, ſimonia, latrocinium, ſeu furtum famoſum, & publicum Bonac, *cit. pag.* 893. *num.* 4. Tamb. *lib.* 9. *dec. cap.* 5. §. 4. Ameno *pag.* 517.

63 Latrocinium à furto differt; latro enim dicitur, qui obſidet vias, quique conſpirat deprædari, quos poteſt.

64 Hæc dici ſolent crimina exceptuata, & publica; non quia publicè facta, ſed quia in Reipublicæ, ſeu communitatis, aut Religionis detrimentum redundant, ut patebit diſcurrenti per ſingula in propriis diſputationibus; ſicut privata dicuntur quæ ſolius privatæ perſonæ damnum important; ut gula, ira, ſuperbia, contumelia, &c. Melphi *in pract. crim. ver. Denunciatio*; priora namq; etiam ſi ſint occulta, habent rationes peculiares proprias, quibus lædant publicum bonum, & præſertim crimina contra fidem ſunt contra Deum, Religionem, & Rempublicā: *v. num.* 614.

65 Verum tamen eſt, nonnulla crimina, ut furtum, fornicatio, adulterium, ſodomia, & ſimilia quæ in ſe ſunt privata, evadere publica ſeu contra bonum publicum, ſi fiant publicè, nempè cum ſcandalo & malo exemplo aliorum; & pro iſtis ſolent monitória concedi ut reveletur, occultus deliquens notorii criminis, quæquæ punitionem intendunt; nam ut notat Ameno *in pract. crim. pag.* 384. *num.* 4. bonum communitatis obtinetur, quando malus in aliorum exemplum punitur: *v. num.* 38.

3. *In damnum tertii.*

66 Excipiuntur tertiò crimina, quæ ſunt in damnum privatæ perſonæ, ex quibus pendet effectus in futurum, [illegible] ter reparari non poteſt. Doct. *cit. v. g.* [illegible] trus, de ſolo præſente, paravit Paulo [illegible] num, quod Paulus advertit; Petrus [illegible] eſſet firmus in dando venenum, tunc [illegible] ex vi edicti denunciare.

67 Eadem ratione puto contra [illegible] 60. *cit.* te teneri denunciari furem, [illegible] ſolus furantem vidiſti, præſertim ſi [illegible] eſt reparabile, puta ſi ſit, aut futurus [illegible] tens ad reſtituendum, quia tunc [illegible] pendet in futurum, nempè damnum [illegible] dum: mihi favet Tambur. *lib.* 9. *Dec.* [illegible] §. 4. & apud ipſum de Lugo; quoniam [illegible] impunitas eſt pernicioſa, nedum [illegible] perſonæ, ſed ipſi Reipublicæ; nam [illegible] modi ſcelerati ſcientes ſe non denunciandos ex defectu probationis, aut quia [illegible] occulti, poſſent ſine timore pœnæ [illegible] homicidia committere, cùm non [illegible] calliditas, ac medium ad talia crimina [illegible] cultim patranda: *v. num.* 76.

68 Inſuper ipſe Bonac. *cit.* [illegible] onus denunciandi furtum ſufficere, [illegible] poſſit probari per unum teſtem omni exceptione majorem. Teſtis omni exceptione major idem eſt, ac teſtis idoneus, [illegible] poteſt opponi. Melphi *ver. Teſtes*; [illegible] tem teſtis de viſu omni exceptione major [illegible] cit ſemiplenam probationem, quæ [illegible] ad conſtituendum reum. Melphi *cit.* [illegible] ſi accedat confeſſio, delictum eſt plenè probatum de authore: & ſtatim ſubdit, [illegible] ipſe denuncians in hac materia, & [illegible] difficilis probationis valeat pro teſte, [illegible] *In omni, de teſtibus.*

69 Quòd ſi velis cum Bon. *par.* 3. [illegible] *num.* 13. quòd talis teſtis ob duplicem [illegible] officii non faciat ſemiplenam probationem [illegible] ſufficientem ad conſtituendum reum, [illegible] eum examinandum, & negantem [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dem; ſufficit tamen ( ut Bord. conceſſit ) ad [illegible]pendum contra denunciatum, ad illum [illegible]pendum, & examinandum: item ſuffi[illegible], ut prudens ſuperior, & judex diligen[illegible] adhibeat ad malum futurum vitandum, [illegible]eparandum; inſuper ad expiſcanda in[illegible]a, & adminicula; quibus habitis, talis [illegible]nciator, & teſtis ſufficit ad conſtituen[illegible] reum, atque ad torturam.

70 Denique ſi monitorium præcipiat ſo[illegible] teſtificationem, tunc prædictus, qui ſo[illegible]dit furem furantem, erit teſtis omni [illegible]ptione major, ſemiplenam faciens pro[illegible]nem: *vide num.* 73. quia non habet du[illegible]tem officii.

Ac proinde concluditur, quod præfatus, [illegible] ſolus vidit, teneatur revelare furem, ſive [illegible]torium præcipiat denunciationem, ſive [illegible]ficationem. Bordon. *cit. num.* 53.

71 Ex his colliges, quòd nedum reus oc[illegible] notorii criminis, quod probari non [illegible], verùm etiam reus occultus occulti [illegible]minis, quod poteſt probari, ſit juridicè [illegible]nciandus, ſi redundet in Reipublicæ, [illegible] innocentis grave damnum, quod aliter [illegible] non poteſt.

72 Delictum occultum in jure dicitur, [illegible] quamvis ſit duobus, vel tribus notum, [illegible] nulla exiſtit infamia, ſeu non eſt ſpar[illegible]rmor, Melphi *in pract. crim. ver. Inquiſi*[illegible] unde ſtat, quòd delictum poſſit probari, [illegible] quòd ſit occultum.

4. *Teſtificatio.*

73 QUando monitorium non præcipit denunciationem, ſed teſtifica[illegible]nem, tenetur quis revelare juridicè deli[illegible]m, etiam ſi probari non poſſit. Bonac. [illegible] pag. 893. n. 5. Lazarius *de monit. ſect.* 2. *q.* 11. 12. Bord. *par.* 3. *reſ.* 101. *num.* 49.

In hac re oportet priùs videre, quando monitorium vocet quem, ut denunciatorem, quando præcisè, ut teſtem: rem clarè explanat Lazarius apud Bord. *cit. nu.* 51. vel enim Judex utitur verbo *denunciare*, vel verbo *teſtificari*, & tunc res eſt clara; vel utitur verbo indifferente ad utrumque, v. gr. *dicere, revelare, notificare, propalare, &c.* & tunc ſi agatur civiliter, verba interpretantur pro teſtificatione; ſi criminaliter reſpectu cauſæ non inceptæ, interpretantur pro denunciatione; quia ſine prævia accuſatione, denunciatione, aut clamoroſa inſinuatione, Judex non poteſt vocare teſtes, & de delicto inquirere: ſi cauſa ſit cœpta, verba interpretantur pro teſtificatione; quia ſupponitur facta accuſatio, denunciatio, aut inſinuatio delicti, ac proindè Judex indiget teſtibus: eâdem ratione, quando aliquis citatur in individuo ad revelandum, citatur ut teſtis: in dubio eſt præſumendum, quòd Judex velit teſtificationem, & univerſaliter, quando Superior viſitat, & procedit ex officio per edictum; vult denunciatorem, quando verò procedit viâ accuſationis, aut denunciationis, ſive ſpecialis, ſive generalis, aut clamoroſæ inſinuationis, ſeu infamiæ, tunc vult teſtem: ita ille, hoc præmiſſo.

74 Probatur reſolutio, 1. quia monitoria non conceduntur, niſi conſtet de corpore delicti, ignorato authore, & ulteriùs conceduntur ad inſtantiam partis; inſtantia autem partis gerit vicem accuſationis, & præſertim corpus delicti notorium gerit vicem accuſatoris, excitans Judicem, ut procedat ex officio ad inquirendum de authore occulto delicti. Aret. *in pract. crim. pag.* 153. *v. hic nu.* 76. Cum igitur Judex in his caſibus habeat jus ad inquirendum de authore occulto delicti notorii, poteſt edictũ edere, quo ſub pœna excommunicationis præcipiat, ut qui ſcit authorem delicti, v. gr. furem, aut rei de-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tentorem, illum reveletꝫ & conſequenter ille, qui ſcit, etiam ſi ſolus ſciat, tenetur eum revelare; nam jus Judicis ad inquirendum, & obligatio teſtis ad revelandum, ſunt correlativa, 2. quia teſtis non tenetur probare delictum, ſed ſolùm revelare, quod ipſe ſcit; igitur revelare tenetur, etiam ſi ſolus ſciat; & ſive Judex procedat ad inſtantiam partis, ſive per denunciationem factam per fiſcale, ſive ex notoreitate delicti: *v.n.* 101. *&* 102.

Pro cujus rei majori dilucidatione, ſunt duæ reſolvendæ difficultates.

*Prima difficultas.*

75 AN, quando delictum eſt notorium, & delinquens occultus, ità ut non præcedant contra eum indicia, aut infamia, poſſit Judex procedere, & delinquentem inquirere?

Negat Sotus apud Aret. *in pract crim. pag.* 107. Cajet. Nav. Silv. & alii apud Bord. *reſ.* 101. *num.* 46. qui conſequenter dicunt, teſtem interrogatum non teneri reſpondere, ſi non præceſſerunt infamia, aut indicia, 1. ex *cap. Cum oporteat* 19. *Niſi ſuper prædictis famam ipſius, ſcilicet perſonæ, læſam eſſe noveritis, vos ad inquiſitionem non ſubiti procedatis.* 2. ex *cap. Inquiſitionis* 21. *Nullum eſſe pro crimine, ſuper quo aliqua non laborat infamia, puniendum*, 3. ex *cap. Qualiter* 24. *de accuſat. Si ſuper exceſſibus ſuis quiſquam fuerit infamatus, tunc procedendum eſt ad inquiſitionem.*

76 Reſp. tamen poſſe jure Judicem procedere ad inquirendum delinquentem occultum, procedendo tamen per viam generalis, non ſpecialis inquiſitionis; & tunc teneri teſtem ſub mortali reſpondere, & revelare. Villalobos *tom.* 2. *tr.* 14. *diſt.* 7. *nu.* 2. Aret. *cit. pag.* 108. Miranda *de ordine Judiciario tomo* 2. *q.* 6. *art.* 6. *concl.* 3. Aret. *in pract. crimin. pag.* 440. *n.* 10. *& pag.* 44[illegible] Bord. *cit.* Raynaudus *par.* 1. *c.* 3. *q.* 7. [illegible] & alii apud Taner. *infra n.* 81. Ratio eſt [illegible] ipſa evidentia facti habetur pro accuſat[illegible] ex *cap. Evidentia extra de accuſat. Evidentia patrati criminis non indiget clamore accuſatoris.* Nam ipſa evidentia delicti clamat [illegible] Judicem contra delinquentem occultum, juxtà illud Gen. 4. *Vox ſanguinis fratris [illegible] Abel clamat ad me de terra*; 2. quia inquiſitio generalis juridica de occulto authore notorii criminis, cedit in bonum communitatis, atq; illud intendit; nam ſi non poſſet Judex generali inquiſitione de illo inquirere, quamplura gravia delicta impunita remanerent; quod redundat in damnum publicum, & in ſcandalum aliorum, qui ſcientes Judicem nullo modo poſſe contra ipſos procedere ſine infamia, aut indiciis, animoſiores [illegible] derentur ad gravia crimina occulta [illegible]da: *v. num.* 67. ac proindè poteſt [illegible] generaliter inquirere Judex, ut commiſſa ſibi commiſſi non perturbetur, [illegible] vivat: *v. n.* 74.

77 Quod dico verum, nedum quando delinquens eſt occultus, ſed poteſt [illegible] putà quatenùs adſunt alii teſtes [illegible] rùm etiam quando eſt occultiſſimus, [illegible] nùs non adſunt alia indiciis; neceſſ[illegible] qui eum ſurantem, aut occidentem vi[illegible] niſi unus, *ex num.* 66. *ad* 71. contra Aret. *pract. crim. pag.* 113. oppoſitum tenentem [illegible] delinquente occultiſſimo, quem unus [illegible] vidit.

78 Facta autem inquiſitione generali [illegible] ridica, & vi ejus revelante delinquentem [illegible] ſolo, qui vidit; aut per diligentiam [illegible] cis expiſcatis indiciis aliquibus contra [illegible] authorem, tunc poteſt, & tenetur Judex [illegible] inquiſitionem ſpecialem procedere [illegible]

[con]tra illum; & tunc erunt duæ inquiſitiones, generalis una, & ſpecialis altera contra perſonam. Aretin. *cit. pag.* 110. tum quia denunciatio jurata æquivalet infamiæ. Ameno *pag.* 193. adeoque ea habita, poteſt Judex ex officio procedere etiam per inquiſitionem ſpecialem.

79 Nec obſtant relati Canones, quia expreſſè loquuntur de inquiſitione ſpeciali, quoniam ſignant ſpecialem perſonam, minimè de generali inquiſitione; ad ſpecialem autem inquiſitionem omninò requiritur, quòd præcedant indicia, aut infamia contra authorem delicti; minimè generalem, ad quam ſufficit ipſa notoreitas delicti.

80 Per ſpecialem inquiſitionem Judex procedere dicitur, quando inquirit de ſpeciali perſona, & obligat alios ad revelandum illum; tunc verò dicitur procedere per generalem inquiſitionem, quando in monitorio præcipit, ut qui ſcit authorem delicti, illum revelet; aut quando vocat ſpecialiter omnes, aut plures de vicinia, Monaſterio, &c. ut revelent authorem delicti; tunc enim, licèt ſpecialiter revelaturos nomine, generaliter authorem delicti inquirit.

81 Meam ſententiam tenet Tancred. *tom.* ... *tr.* 5. *q.* 19. *n.* 1. & 5. eámq; probabiliorem vocat Dian. *par.* 2. *tr.* 15. *reſ.* 62. quoad jus Judicis ad inquirendum delinquentem occultum notorii criminis. Nihilominùs ea non obſtante docent alii, quòd non teneatur quis revelare delinquentem occultum notorii criminis, nec inde incurrat cenſuram in monitorio latam, nec teſtis in tali caſu teneatur reſpondere Judici; quia probabilis, & tuta eſt opinio Cajet. & Soti, quòd non poſſit Judex, & Superior legitimè præcipere, ut reveletur occultus delinquens, ità ut detur bellum utrinque juſtum, quatenùs Judex in hoc caſu habet jus interrogandi, & reus, aut teſtis non reſpondendi, ac ſciens non revelandi; ità etiam ſentiunt Leſſius, Filliuc. Turrianus, & Bonac. apud Tancr. *cit.* A meâ autem ſententia affirmativa diſcedere nõ valeo, quia (ut ritè advertit Bord, *par.* 3. *reſp.* 101. *num.* 4.) opinio negativa oppoſita eſt fundata in teſtibus haud benè intellectis, ut oſtendi *num.* 29, quoniam loquuntur de inquiſitione ſpeciali, ut fatur Diana *cit.* tum quia fruſtranea eſſet facultas in Superiore procedendi per inquiſitionem ſpecialem, aut generalem, ſi Superiore generaliter inquirente authorem occultum delicti notorii, ſubditus obedire non teneretur.

*Secunda difficultas.*

82 AN idem poſſit eſſe ſimul denunciator, & teſtis; Negant Cajet. Valen. Arag. & Peyr. apud Bord. *par.* 3. *reſ.* 101. *n.* 32. quia idem non poteſt eſſe accuſator, & teſtis in eadem cauſa: hinc accuſator eſt teſtis inhabilis, ex *c. Forus. de verb. ſignific.* tum quia in eadem cauſ., idem non poteſt habere duplex officium. Gloſſ. *fin. c. Inſuper* 6. *de teſtib.* quia unum officium vix dignè valet aliquis adimplere, *c.* 1. *de conſuet. in* 6.

Reſp. poſſe. Rodr. *tom.* 2. *q.* 13. *art.* 6. Bord. *cit. num.* 53. & apud ipſum Spatharius, Leſſ. Nav. Trimarchus. Probatur ex *cap. In omni negotio* 4. *de teſtibus*: *Principalis perſona, dicens veritatem de re ſibi nota rectiſſimè habenda eſt pro teſte, cui adhibito uno, efficiuntur duo teſtes?* & ibi id probat Paſchalis Papa ex Euang. Matth. 18. *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum, ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum: ſi autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unũ, aut duos, ut in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbũ.* Ubi, ut vides, ille, qui corripit fratrem, & poſteà illũ denunciat, vocatur teſtis; nam ex ore Chriſti, ſi unum tecũ adhi-

adhibes, eſtis duo teſtes, & ſi duos, eſtis tres teſtes; igitur qui denunciat, eſt teſtis, ſi deponat eo modo, quo debet teſtis.

Probatur 2. quia nullum jus requirit, denunciatorem debere eſſe perſonam à teſte diſtinctam: non jus naturæ, aut divinum, ut liquet ex Evang. *cit.* non jus civile, aut canonicum, cùm nullum reperiatur, quod id præſcribat; ſed potiùs, quod præſcribat oppoſitum, uti ſupra. Imò hoc maximè cedit in bonum Reipublicæ, quæ meliùs gubernatur, & conſervatur, ſi delicta puniantur.

83 Non obſtant rationes in oppoſitum. Non 1. quia inter accuſatorem, & denunciatorem manifeſta eſt diſparitas; nam accuſator proſequitur ſuam cauſam, principaliter punitionem ſui inimici intendens, ac proindè generat in Judice aliqualem ſuſpicionem, quòd non procedat ex zelo juſtitiæ, ſed ex odio; hinc habet in ſe onus probandi per teſtes diſtinctos. Denunciator verò non proſequitur cauſam propriam, ſed communem Reipublicæ, ac proindè non generat in Judice ſuſpectionem de odio, ſed præſumitur, quòd revelet delictum proximi, ut ſatisfaciat præcepto, & ut pœnam ſpiritualem, aut corporalem effugiat; hinc Judici relinquit onus probandi.

84 Nec 2. quia ibi, ut patet, eſt ſermo de officiis diſparatis, difficultates, & vires diverſas pro executione exigentibus; denunciatio autem, & teſtificatio non ſunt hujuſmodi, ſed ſubordinata. Poteſt igitur idem, qui denunciat, aſſumi ut teſtis, faciendo eum deponere eo modo, quo debet teſtis.

85 Ex reſolutione igitur hujus, & prioris difficultatis concluditur, quòd ex vi monitorii teneatur denunciator notorii criminis delinquentem occultiſſimum revelare, etiam ſi ſolus ſciat, & non ſint alii teſtes, quibus delictum poſſit de authore probari. Bord. *cit. n.* 41. 55. & Doct. *cit. n.* 74. quia in hiſce caſibus denunciator aſſumitur ut teſtis, qui proinde non habet in ſe onus probandi: *vide num.* 74.

86 Dicta hactenus à n. 62. maximè procedunt quo ad crimina immania, ſeu exceptuata, aut difficilis probationis, in quibus quidem etiam teſtes inhabiles admittuntur, ne delicta impunita remaneant, & ſic in perniciem tranſeant aliorum. Melphi in prat. *crim. v. Teſtes.*

87 Crimina immania numeravi à num. 62. crimina difficilis probationis ſunt, quæ ſolent occultè patrari, v.gr. furtum, ſodomia, adulterium, fornicatio, conjuratio, &c. vel quæ noctis tempore committuntur, [illegible] quam, admittuntur teſtes inhabiles, quia aliter veritas haberi non poteſt. In dubio autem, arbitrio Judicis ſtat determinare caſum, in quo veritas aliter haberi non poteſt. [illegible]no *pag.* 517. ex Sgroi.

QUÆRES I.

88 *An ſit præmittenda correctio fraterna, ſi firmiter emendatio ſperetur. Et an, ſi ſciat quis delinquentem eſſe emendatum, teneatur eum ex vi monitorii denunciare?*

89 Certum eſt 1. (ut advertit Amorg. [illegible]; 87. *n.* 8.) correctionem [illegible] habere locum, quando delictum habet tractum ſucceſſivum, quatenùs pendet in futurum, vel quo ad aliquem effectum liberum, ut eſt furtum quod relinquit onus reſtitutionis, vel quo ad ejuſdem delicti continuationem, ut eſt fornicatio in habituato, aut recidivo: non habere autem locum, ſi nil relinquat mali [illegible] in futurum, ut contingit in proximo, qui ſemel cecidit in fornicationem, propter [illegible] furtum, &c. ſed ſe emendavit.

90 Certum eſt 2. ex *nn.* 61. præmiſſis [illegible]

tiam eſſe correctionem fraternam in denunciatione paterna, ſi correctio profutura ſperetur; aliàs minimè; quia correctio fraterna eſt de jure naturali, & divino, ex illo Matth. *reſolut.* 81. unde non debes paternè denunciare fratrem, ſi ſperes eum correctione emendandum, & præſertim ſi emendatum videris; quia tunc jam lucratus es fratrem tuum.

Hinc non obſtante viſitatoris præcepto de denunciandis ſibi in viſitatione delictis, non potes fratrem denunciare, ſi videris eum emendatum, aut ſi probabiliter ſperes per correctionem fraternam emendãdum. Joan. à Cruc 8. *prac. art. 2. n. 1.*

91 Correctionem non profuturam dignoſces ex circumſtantiis, putà ſi ſcias, delinquentem eſſe ſuperbum, vel ab aliis monitum non fuiſſe emendatũ; aut ſi ex ejus dignitate, & de inferiori conditione judices eum fore tui correctionem ſpreturum, &c. tunc quidem correctione relicta poteris ſine peccato eum, ſive paternè, ſive judicialiter, denunciare. Ameno *cit.*

92 Difficultas procedit in denunciatione judiciali: pro qua Sententia, quàm tanquàm communem refert, & ſequitur Aretin. *in pract. crim. pag.* 166. docet, neminem teneri auctorem delicti denunciare, aut contra eum teſtari, quando per inquiſitionem proceditur, aut in monitoriis, etiam ſi illam ſciat cum duobus, aut tribus aliis, ſi non laboret infamia, nec timeatur damnum in futurum, & delinquentis ſperatur privata correctione emendatio; imò addit Aret. tunc non obſtare, ſi Judex pro revelatione urgeat; nam tunc ſuppeditam ſpecies belli utrimq; juſti, dum Judex juſtè teſtem urget, & teſtis juſtè negat: quia Judex urget, ut ſatisfaciat Reipublicæ, quæ expoſcit, ut diligens inquiſitio fiat, ut ſic malefactores timeant, & coerceantur; minimè, ut in tali caſu revelentur; & teſti juſtè neg t, quia jam lucratus eſt fratrem.

Cui Melphi *in pract. crim. ver. Denunciat. in addit.* conſequenter ſubdit: *In denunciatione judiciali quo ad peccatum commiſſum, & jam emendatum ille tantùm tenetur denunciare, cui ex officio competit, qualis eſt fiſcalis, ad quem tanquam ad partem Reipublicæ id ſpectat, c. Novit. de Judic.*

93 Ubi notat Ameno *pag.* 387. quòd licèt, qui denunciaret non præmiſſa correctione fraterna, quando emendatio ſperatur, peccaret contra juſtitiam, & quidem mortaliter cùm Tamb. *lib. 9. Decal. c. 2. §. 4. n. 9.* ſi delinquens eſſet perſona conditionis graviſſimæ, & præſertim ſi delictum eſſet occultum, quamvis poſſet probari per alios teſtes, quatenùs infamaretur proximus ſine fructu; denunciatio tamen eſſet valida ad proceſſum formandum, quia tunc jura illicitant, non invalidant denunciationem.

94 *Reſp.* allatam ſententiam eſſe veram, quando denunciatio, aut teſtificatio exigitur ad reparandum, aut impediendum malum futurum, minimè, quando præcipitur in pœnam delinquentis. Bonac. *in Bulla Cœnæ diſp. 1. quæſt. 12. punct. 3. n. 15.* Diana *par. 9. tr. 2. reſol.* 89. & Alterius apud ipſum, ſequitur ex *nu.* 606. quia tunc præceptum ſuperioris non intendit præcisè fratris emendationem, ſed etiam principaliter publicam ejus punitionem in bonum publicum, nempè ad aliorum exemplum, coercitionem, & ſecuritatem, quòd prævalet bono privato famæ fratris, quapropter tunc etiam ſuppoſita emendatione fratris, adhuc ſalvatur, quòd non infametur proximus ſine fructu.

Quàm limitationem videtur amplecti ipſe Melph. *cit.* dum inquit: *In judiciali autem denunciatione, ſi delicta ſint publica, & exceptuata, correctio charitativa nõ eſt neceſſaria.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ra.* Delicta exceptuata eſſe contra bonum publicum, diximus *num.* 64. unde conſequenter tenet, quòd etiam non præmiſſa correctione, imò non obſtante emendatione adhuc ſit facienda denunciatio, quando iſta præcipitur in punitionem delinquentis, atque inde ob bonum publicum.

95 Clarius ergo: quando Judex intendit ſolam emendationem, aut ſatisfactionem partis, facienda eſt correctio fraterna, ſi emendatio ſperetur, juxta illud Matth. 18. *Corripe eum inter te, & ipſum ſolum:* non enim poteſt proximus infamari, ſi non adſit neceſſitas, & rationabilis cauſa; & emendatione, aut ſatisfactione partis habita, jam eſt ſatisfactum ſuperioris intentioni; imò correctio eſt facienda iterùm, atque iterùm, prudentis judicio, quamvis interim expiret terminus. Bonac. *tom.* 1. *diſ.* 6. *de denunc. pag.* 896. *num.* 5. quia terminus edicti non incipit, niſi poſt adhibitam opportunam correctionem; adeòque differens denunciationem pro facienda opportuna correctione, non eſt in periculo, ut incurrat cenſuram per termini expirationem; edicta enim ſunt benigne interpretanda, unde non eſt credendum, ut Judex velit denunciationem, quamdiù emendatio fratris per correctionem ſperatur: ſi autem periculum ſit in mora, v. gr. ſi fur interim fugeret, ſtatim facienda eſt denunciatio.

Quòd ſi facta opportuna correctione, emendatio non habeatur, facienda eſt denunciatio delinquentis, etiam ſi nulla infamia, accuſatio, aut ſemiplena probatio præceſſerit, juxtà illud, quod ſequitur in Evang. Matth. *Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ:* Nam tunc poteſt Judex denunciationem præcipere ad conſulendum delinquentis ſaluti, aut bono proximi, licèt exponatur periculo delinquentis fama; quoniam adeſt rationabilis cauſa, Bonac. *cit. num.* 2.

96 Quando verò Judex intendit [illegible] pœnam, tunc facienda eſt denunciatio [illegible] la præmiſſa correctione, & etiamſi delin[quens] ſit emendatus, quando delictum [eſt] publicum; imò etiam quando eſt [occul]tum, & nulla præceſſit infamia, [accuſatio], aut ſemiplena probatio, ſi cedat in [damnum] publicum, fidei, aut innocentis. B[...] Poteſtas namque eſt à Deo deſtinata, [non] ad emendationem delinquentium, [ſed] ad malorum vindictam; juxta illud [...] Rom. 13. *Vis autem non timere poteſtatem, bonum fac, & habebis laudem ex illa [...] enim miniſter eſt tibi in bonum, ſi autem [ma]lum feceris, time: non enim ſine cauſa gladium portat, Dei enim miniſter eſt, vindex in [iram] ei, qui malum agit.*

97 Poſterioris generis ſunt denuncia[tio]nes ad edicta Inquiſitorum: *v. num.* [...] [prio]ris verò generis regulariter ſunt denuncia[tio]nes ad edicta Papæ, & Epiſcoporum, [...] rebus aut ſcripturis deperditis, aliàs [...] occultatis; in his namque præcipitur [denuncia]tio ad finem reſtitutionis, & repa[rationis] damni; quo habito, ſive intra terminum, [ſi]ve per correctionem fraternam, [...] jam habetur fructus intentus [...] monitorium non ligat ſcientem [...] dum. Tum quia cenſura eſt [...] medicinalis; adeòque præſumitur [...] mendationem peccatoris.

Dixi regulariter, non univerſaliter, [...] aliquando dari poſſunt caſus, qui [...] dei, in quibus Papa, Epiſcopus, &c. [...] edicto punitionem delinquentis [...] bonum publicum: hujuſmodi eſt caſus [...] 12. reſolutus, & alius qui ſequitur, [...] bus ſufficientia colligere poteſ exempl[a].

## QUÆRES II.

*98 An teneatur quis conſpirationem in Cardinalem revelare, non præmiſſa correctione fraterna, etiamſi ex illa emendatio ſperetur?*

Sciendum eſt, 14. Kalendas Januarii 1596. occaſione mortis contra S. Carolum Borromæum attentatæ, fuiſſe editam à Pio V. contra ſcientes, & non revelantes Bullã tenoris ſequentis.

PIUS EPISCOPUS, &c.

*Infelicis ſeculi, &c. ſtatuimus, ut quiſquis etiam à nudo conſilio, aut ſimplici favore, aut omninò à cæteris prædictis alienus, quempiam authorem, adminiſtrorum, vel conſciorum conjurationis, ſive conſpirationis, aut commiſſi, committendive criminis in perſonam Cardinalis, illorumve fautorum, receptorum, vel occultatorum, ſive ex renunciatione ſive proprius: vel per interpoſitã perſonam, aut literas facta cognoverit, ſive ex ſcripturis, cœtu, conatu, concurſu, inſidiis aliiſque ſignis, & indiciis, qualemcumque ſcientiam habuerit, vel etiam conjecerit, quive horum quidquam intellexerit quantumcumq; res alias occulta ſit, quamprimum id Rom. Pontifici, ſi in curia fuerit, ſin autem, ordinario loci; vel ſi Cardinalis ipſe ordinarius extiterit propinquiori Epiſcopo & ſi crimen nondum commiſſum fuerit, etiam ipſi Cardinali properet revelare. Quicumque vero, etiam non ſubditus, & omninò extraneus defecerit, cujuſcumque dignitatis fuerit, prædicto ſit excommunicationis laqueo innodatus pariterque Majeſtatis reus infamiam & omnes pœnas prædictas eo ipſo incurrat.*

Quæ excommunicatio eſt reſervata Summo Pontifici, excepto mortis articulo: hoc præmiſſo.

99 Duardus apud Dianam *par. 9. tract. 2. reſ. 89.* negat, ſcientem teneri revelare reum, ſi per fraternam correctionem ſperetur emendatio, & periculum nõ ſit in mora, ob rationem traditam *n. 62.*

100 Reſp. adhuc teneri ſub cenſura reum revelare. Bonac. *in Bullam Cœnæ diſp. 1. q. 12. punct. 3. n. 15.* Diana *cit.* & apud ipſum Alterius; quia finis præcepti nedum eſt reparatio damni, ſed etiam punitio publica delinquentis in publicum exemplum; nam Bulla præcipit revelationem, etiam ſi crimen ſit commiſſum, in quo caſu non habet locum reparatio damni, ſed punitio in bonum publicum.

101 Item præcipitur ſub cenſura revelatio rei de delicto committendo, aut commiſſo, quantumcumque res ſit occulta, per quòd confirmantur dicta à *n. 62.*

102 Idem pariter eſt dicendum, ſi quis occidiſſet, vel percuſſiſſet Principem, Patriarcham, Epiſcopum, Generalem, aut Provincialem, ſeu in eos conſpiraſſet; tunc, inquàm, ſtante atrocitate facinoris in perſonas ſimilis dignitatis, poſſet Judex monitorium edere, quo ſcientem ſub cenſura cogeret ad revelandum reum, quantumcumque res ſit occulta, & nullis indiciis præcedentibus, aut infamia. Aret. *in pract crim. pag.* 124. Ratio eſt; quia motivum præfatæ Bullæ contra facinora in Cardinales, fuit bonum publicum, &c. quòd ibi exprimitur per hæc verba.

*Quibus enim præſidio erimus, quibus ſuppetias afferemus, quos denique tutabimur, ſi Templi Dei baſes, ſi clariſſima Eccleſiæ lumina, ſi ſpeciales filios, qui pro animabus populorum, pro fide, pro juſtitia, pro unitate pervigilant, inultos deſeramus?* Quòd motivum ritè poteſt extendi ad Epiſcopos, &c. ſunt enim perſonæ publicæ, miniſtri Dei, Paſtores gregis Chriſti, de quibus Apoſtolus ad Rom. *c. 13. Non eſt*

*enim poteſtas, niſi à Deo, &c. itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit*; & ad Hebr. 13, *Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis; ipſi enim pervigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.* Ac proinde facinora contra eorum perſonas, ſive committenda, ſive commiſſa, quamtumvis occulta, non debent inulta remanere.

## QUÆRES III.

103 *Petrus occultè necavit uxorem fine nubendi cum concubina, mutatâ tamen voluntate nupſit cum alia: Epiſcopus autē ad partis inſtantiam monitorium edidit, ut qui ſciret authorem talis necis, ſub cenſura revelaret, An illum ſciens teneatur eum revelare?*

SCiendum eſt, quòd Judex Eccleſiaſticus inferior Papâ non poſſit concedere monitorium, ex vi cujus ſequitur mors, aut mutilatio; quoniam tunc evaderet irregularis ex defectu lenitatis, utpotè cooperator morti alterius; unde in cauſis criminalibus hujuſmodi monitoria ſolent cum tribus clauſulis concedi. 1. ut fidem non faciant, niſi civiliter, 2. ad defenſionem tantùm, 3. quoad intereſſe. Tancr. *tom.* 5. *tr.* 5. *q.* 19. *num.* 2.

104 Reſp. cum Tancr. *cit.* vel enim Petrus eſt emendatus, quatenùs relicto jam amore concubinæ, quietè vivit cum nova uxore, vel non; ſi primum, non eſt revelandus; quia ex probatis *num.* 94. & 96. delinquens emendatus non eſt denunciandus, quando monitorium denunciationem præcipit in emendationem, & reparationem damni futuri, non, punitionem, ut in caſu.

Si ſecundum, eſt revelandus; quia perdurante pravo amore, delictum habet effectum pendentem in futurum, nempè periculum necis novæ uxoris; & peccati mortalis, ac injuriæ Sacramenti, ſi mortuâ novâ uxore concubinam ducat; quoniam habebunt [illegible] ea impedimentum criminis perſeverantis [illegible] turum.

105 Nec ex tali revelatione facta ſuperiori Eccleſiaſtico, ſequitur pœna [illegible] quod poſſet obſtare; nam Superior Eccleſiaſticus eſt revelatione tantum [illegible] fatum malum reparandum; non po[illegible] tam eam relevationem Judici ſæculari [illegible] re; quia ſic evaderet irregularis, qu[illegible] cooperaretur quaſi teſtis in cauſa ſanguinis [illegible] quæ namque major cooperatio in cauſa ſanguinis, quàm tradere Judici ſæculari [illegible] tionem delinquentis, quæ incipit [illegible] authorem delicti.

## QUÆRES IV.

106 *Quando quis vi monitorii teneatur revelare ſcripturas?*

PRæſens quæſitum perlucidè [illegible] Diana *par.* 6. *tr.* 8. *reſ.* 48. ex Sayr. [illegible] naudo, & aliis, ex quibus breviter.

107 Reſp. regulam generalem eſſe [illegible] teneatur quis ex vi monitorii ſcripturas [illegible] re aut revelare, quando eorum detentio [illegible] occultatio eſt mortalis: *v. num.* 51. [illegible] non eſt, quando grave damnum tenentis præferri debeat damno alterius, quod ex revelatione ſequitur. Hinc.

108 1. Si inſtrumenta ſint publica, [illegible] ſcilicet continent acta cauſæ in judicio, [illegible] pè interrogationes, reſponſiones, [illegible] nes, & tenetur ea reus tradere, & [illegible] velare; quia ſpectant ad publicam [illegible] adminiſtrandam.

109 2. Si ſint propria rei, quæ [illegible] ſpectant ad jus rei, & ſint de bonis [illegible] non tenetur reus ea tradere, nec teſtis [illegible] lare; quia non tenetur quis ſive reus, ſive [illegible] ſtis arma contra ſe dare inimico. Tum [illegible] monitoria intelliguntur lata contra [illegible]

ſcriptu-

ſcripturas alienas, & ſpectantes ad jura, ac bona actoris.

110 3. Si ſunt communia reo, & actori, videlicet, quæ ſpectant ad jus, & bona utriuſque, licèt ſint in poſſeſſione rei, tunc non tenetur reus ea tradere, nec teſtis revelare, ſi inſerviant pro jure alterius contra jus proprium; quia ſunt utrique communia, & quando cætera ſunt paria, melior eſt conditio poſſidentis.

111 4. Denique ſi inſtrumenta ſint propria actoris eſt diſtinguendum; vel enim detinens ſcripturam eſt certus de ſua juſtitia, & quòd actor eâ injuſtè utetur contra ipſum, ut v. gr. attentis potentiâ, & divitiis; & tunc eo durante periculo reddere non tenetur, nec id ſciens revelare, non minùs quàm detinens gladium alterius, non tenetur illum reddere, ſi ſit certus, aut magis probabiliter putet, quòd ſit eo uſurus ad alium occidendum, imò reſtituendo peccat mortaliter contra charitatem: ſi igitur ſub mortali ex charitate tenetur, quando poteſt, impedire damnum ſpirituale, aut temporale proximi; multò magis tenetur impedire malum ſpirituale, nempè peccatum proximi, & malum temporale ſui, & monitoria dantur ad impedienda, non ad fovenda mala. Dixi, ſi ſit certus, &c. nam in dubio poſſeſſio ſtat pro detentore, de cujus bonis eſt ſcriptura, qui non eſt privandus ſua ſcriptura ex dubia ſui malitia; quoniam in dubio quilibet eſt præſumendus bonus. Vel actor habet jus, quamvis litigioſum, ad rem, in ordine ad quam inſervit ſcriptura, & tunc omninò reus eam reddere tenetur actori, & ſciens revelare, ad hòc ut actor poſſit jus ſuum proſequi; quia tunc eſt injuſtus detentor.

## QUÆRES V.

112 *An habens tranſumptum, teneatur illud revelare ex vi monitorii de revelanda ſcriptura?*

RESp. non teneri. Bonac. *tom.* 1 *diſp.* 6. *de denunc. pag.* 895. *num.* 8. apud ipſum Suar. & Filliuc. quia monitorium intelligitur de ſcriptura illa, quæ facit fidem; at ſimplex tranſumptum, non authtenicum, non facit fidem.

## QUÆRES VI.

113 *An teneatur reus ex vi monitorii reddere actori ſcripturam propriam, ex qua ſibi prudenter timet notabile damnum.*

CErtum eſt, nomine damni hic non venire amiſſionem litis, & expoliationem bonorum circa quæ actor habet jus, & pro quibus ſuam inquirebat ſcripturam; quia ſi ex vi ſcripturæ reſtitutæ actor obtineat a judice juſtam ſententiam, qua reus aliquibus ſpolietur bonis, tunc reus non dicitur pati, ſed reſarcire damnum, quod reverâ, licèt bona fide, inferebat actori, ejus retinendo bona; unde nomine damni hic venit amiſſio boni, in quod reus habet jus. Diana *par.* 9. *tract.* 8. *reſol.* 48. *in fine.*

Bona, in quæ homo pati poteſt damnum, ex *n.* 39. ſunt quatuor, animæ videlicet, corporis famæ, & ſubſtantiæ corporalis; quæ bona ita ſe habent, ut unum ſit altioris ordinis alio, uti gradatim ponuntur; bonum autem altioris ordinis præferri debet bono inferioris ordinis, & ſic bonum animæ, & vitæ, ſeu membrorum, præferri debet bono famæ, & bonum famæ bonis temporalibus.

114. Reſp. qui ſcripturam detinet ſi eam poſſidet mala fide, quatenùs eam abſtulit, te-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

necur eam reddere cum æquali tuo damno, aut paulò majori, minimè cum longè majori. Tambur. *lib. 9. Decal. c. 3. §. 3. an.* 19. & apud ipſum Molina, Leſſius, Azor. Val. Navar. Bonac. Ratio primæ partis eſt, quia in æquali damno potior eſt ratio innocentis; tum quia injuſta actio obligat ad amovendum damnum ab innocente, & ad ponendam æqualitatem; unde vita tuâ vitâ, fama tuâ famâ, bona tuis bonis ſunt redimenda; idque etiam, ſi Paulo majus eſſet damnum, quod timetur; quia parum pro nihilo reputatur.

Nec dicas, longè majus valere propriam vitam, aut famam, quàm vitam, aut famam alterius; quoniam hoc eſt verum, cæteris paribus, quando ſcilicet uterque eſt innocens, ut dicam modò *n.* 116. minimè quando tu es injuſtus, tunc namque longè magis eſt habenda vita, aut fama innocentis, quàm nocentis.

Eâdem ratione tenetur ad reſarcienda omnia damna, & intereſſe, quæ ſunt vera, etiam ante monitorium.

Ratio ſecundæ partis eſt, quia juſtitia commutativa nil aliud vult, niſi ponere æqualitatem; & tu non teneris, niſi ad æquale; adeòque tunc excuſaberis ob impotentiam ponendi æqualitatem; unde ſi ex traditione ſcripturæ ſequatur infamia, ad eam non teneris, ſi damnum alterius ſit in bonis temporalibus, quia jactura boni ſuperioris ordinis eſt longè major jacturâ boni inferioris. *Dian. p. 9. tr. 8. reſ. 49. in fine.* Pariter neque teneris, ſi damnum tuum ſit circa bona ejuſdem ordinis, ſed notabiliter majus, putà ſi damnum alterius ſit triginta aureorum, & tuum quinquaginta.

115 Si autem potes tuum damnum, nempè tuam infamiam evitare, reſtituendo ſcripturam medio prudente confeſſario, aut amico occulto, omninò teneris.

116 Reſp. 2. qui ſcripturam detinet, ſi eam poſſidet bonâ fide, non tenetur eam reddere cum ſuo, aut ſuorum notabili damno, etiam minori damno alterius. Dian. [illegible] *ver. Teſtis. nu. 6.* Bulemb. *lib. 4. de* [illegible] *dub. 6. num.* Tamb. *cit. num.* 14. & [illegible] ipſum. Quia cum læſio non fuerit culpabilis, reſtitutio non debet te obligare cum [illegible] tuo detrimento; quoniam lumen [illegible] ctat, mitiùs eſſe agendum cum læden[te] [illegible] culpa gravi. Hinc qui ex officio, v. gr. [illegible] dum medetur, vulneret, tenetur ex [illegible] damnū reparare; non tamen cū tanto [illegible] quanto tenetur ille, qui cū culpa vulnerat.

117 Si verò poſſit ſuum notabile damnum evitare, reſtituendo per ſe, aut medio [illegible] gravi, & occulto, vel medio prudente confeſſario, tenetur id facere, quando advertit, [illegible] ſolùm ex charitate, ut vult Bulemb. cit. [illegible] *aliis* (qui proindè, ſi id non facit, [illegible] illum ad compenſanda damna [illegible] tia) ſed etiam ex juſtitia. Tamb. *cit.* [illegible] 1. §. 9. *n.* 6. & *c.* 2. §. 1. *n.* 7. *cum aliis,* quia [illegible] non ſolùm præcipit, ne quis det cauſam [illegible] ni; verum etiam ut eam tollat, ſi [illegible] ſit poſita; ad eamdem namque virtutem [illegible] ctat malum ſibi oppoſitum non ponere, [illegible] tollere, ſi illud ab eodem ſubjecto, [illegible] eſt virtus, poſitum eſt. Hinc (ait Tamb.) [illegible] inculpatè dediſti venenum, incendi [illegible] tem, ſed adhuc venenum, & incendium [illegible] gent, quis te non obligabit ad ea removenda, ſi potes, etiam cum aliquo tuo non magno [illegible] commodo? licèt enim, ſi tertius [illegible] ſit non teneatur, niſi ex charitate; tu [illegible] qui re ipſa, eſto ſine culpa, cauſam [illegible] diſti majorem contrahis obligationem, [illegible] major obligatio explicari non poteſt, [illegible] catur eſſe ex juſtitia.

118 Ex quo ſequitur, quòd ille, qui [illegible] ram bonâ fide detinet, ſi poſſit [illegible] titiâ damna reparare, & reſtituere ſine [illegible] tabili detrimento, teneatur ſub [illegible]

juſtitia id facere, etiam cùm aliquo ſuo magno incommodo: quòd ſi non faciat, tenetur ad omnia damna, quæ ſequentur poſt advertentiam, non verò ad ea, quæ anteà ſecuta fuerit. Tamb. *cit.* Ratio utriuſque eſt, quia pro primis in nulla fuit culpa: pro ſecundis verò, dum advertit, quia potuit, & noluit damna impedire, gravem culpam commiſit contra juſtitiam ex re accepta; incœpit enim eſſe injuſtus detentor.

## QUÆRES VII.

119 *An ſciens furem, aut detinentem ſcripturam, promulgato jam monitorio, teneatur ad revelandū cùm ſuo notabili damno minori damno alterius, & non revelando teneatur ad compenſanda damna alteri inde ſequentia, ſi poſſit ſuum damnum vitare?*

Reſp. negativè quoad utrámque partem. Prima pars ſequitur à fortiori ex dictis de ipſo detinente bona fide, *n.* 116. quia detinens bona fide ſcripturam alterius, ſaltem materialiter læſit, quòd non fecit ſciens.

120 Secunda pars, videlicet, quòd ſciens, ſi poſſit damnum vitare, etiam cùm ſui non magno incommodo, teneatur ſub mortali ad revelandum, non tamen ad reſtituenda damna inde ſequentia, probatur; quia ſciens non tenetur ad revelandum ex juſtitia commutativa, quæ eſt radix, & origo oneris reſtituendi, ſed ſolùm ex virtute charitatis, & obedientiæ ratione monitorii. Idem dico de teſte juridicè interrogato, ſi potens reſpondere, taceat veritatem, ex qua proximo damna ſequantur; quia pariter non tenetur ad veritatem manifeſtandam ex vi juſtitiæ commutativæ, nempe ex contractu, vel quaſi contractu, ſeu ex officio, ſed ex vi charitatis, & juſtitiæ legalis, quæ onus reſtitutionis non pariunt. Hanc ſententiam Dian. *p.3.tr.5.reſ.54.p.5.tr.13.reſ.*68. Reynaudus *de monit.p.1.c.3.q.* 24. Tamb. *lib.* 8. *Decal.tr.4.2.§.6.n.*11. & alii contra Avil. Aragon. & alios apud Dian. *cit.* qui volunt, tam ſcientem ex vi monitorii, quàm teſtem legitimè interrogatum, teneri ad manifeſtandam veritatem, ſi poſſit ſine ſuo notabili damno, ſub onere reſtituendi damna inde ſequentia.

## QUÆRES VIII.

121 *Vir nobilis, cùm reperiretur domi Petri ad eum inviſendum, comperiit eum habere quaſdam ſcripturas Pauli, quatenùs Petrus ob urbanitatem, rem coram ipſo tractavit cum Procuratore. An teneatur eas revelare ex vi monitorii?*

Reſp. Tanct. *tom.5.tr.4.q.*18. Non teneri, non quidem ratione ſecreti naturalis, ob dicta *n.*56. ſed ratione infamiæ, quæ ipſi ſequeretur; nam haberetur ut infidelis, & infamis, ità ut omnes, qui ſcirent, ejus amicitiam recuſarent. Tum quia jactura honoris nedum viro nobili, verùm etiam honeſto eſt vitâ ipſâ gravior, & metus honoris amittendi cadit in virum conſtantem. Ità Barbatius, & Gabr. apud Tancr. *cit.* Hinc Diana *n.* 114. *cit.* excuſat à revelatione ſcripturæ, quando ex eâ infamiâ ſequitur.

## QUÆRES IX.

122 *Petrus anno* 1650. *dedit in uxorem ſuam filiam Catharinam Paulo cum dote viginti millium aureorum, in contractu autem fuerunt apposita triginta millia aurea, facto tamen inter ipſos pacto, & conventione verbali, ut viginti millia ſint pro reali dote, alia verò decem ſolùm ad pompam, ità expoſcente ipſo Paulo, ut ſic ſuum matrimonium cuidā ſuo conjuncto placeret, ſe obligante ad dictum pactum declarandum capta temporis opportunitate ut in effectu per publicum inſtrumentum, & Notarium, declaraverunt poſt quatuor annos præfati Paulus, & Catharina conjuges. His*

*autem defunctis, hæres Pauli poſt annos 40. expoſcit in judicio à filio hærede Petri alia decem millia aurea ex vi contractus dotalitii de 30. millibus aureis; & quia ex iis, qui prædictam conventionem ſciebant, plures ſunt defuncti, & alii nolunt ſpontè teſtari, hæres Petri obtinuit monitorium ſub excommunicatione ab Epiſcopo, ut qui id ſciunt, revelent; at quoniam qui ſciunt, ſunt conjuncti in primo, & ſecundo gradu cum hærede Pauli, ideo quæritur. An hi teneantur ad revelandum?*

123 RESp. teneri ſub mortali, & cenſura ad revelandum. Ratio eſt, quia ex una parte adeſt ſententia probabilis obligans hujuſmodi perſonas privilegiatas ad denunciandum, & teſtificandum in aliorum defectum, de qua *nu.* 43. ex alia parte Doctores ſententiæ excuſantis, *num.* 40. relati, expreſsè loquuntur, quando ex revelatione ſequitur notabile damnum, aut infamia ipſi revelando; quòd natura non patitur, in quantùm communio ſanguinis facit, ut mala ſint ipſis conjunctis communia, & unus ſine alio lædi non poſſit. In caſu autem noſtro, nec damnum, nec infamia ſequitur ipſi conjuncto ex revelatione; non damnum, quia ipſe hæres actor pro decem millibus aureis nullum in re habet jus ad recenſitam ſummam, ut ipſimet ejus conjuncti ſciunt; nec infamia, quia ipſe actor, dum in judicio agit pro decē millibus aureis, non præſumitur malus, ſed agens ex ignorantia juris partis, & errore facti, quo putat habere jus ad præfatam ſummam ex vi primi contractus dotalis; quoniam ex jure delictum non eſt præſumendum.

Cum igitur in allato caſu nullum damnum, aut infamia ſequatur ex revelatione, nullo pacto prædicti conjuncti ſunt ex ratione conſanguinitatis à revelatione excuſandi.

124 Confirmatur, quia independenter à monitorio ex communi Theologorum teneatur quis ex charitate ſub culpa mortali manifeſtantis, ad veritatem revelandam, admonēdum ignorantem de errore, ex quo ſequitur læſio innocentis, quando ex revelatione non ſequitur ipſi notabile damnum; adeóque cum ex expoſito caſu monitorii revelatio in nullius damnum cedat, ſed in defenſionem innocentis, atque ad ejus cautelam tanda, tenentur præfati conſanguinei ſub mortali, & cenſura ad revelandum.

## QUÆRES X.

125 *Concubina ſurripuit quamdam ſummam à ſuo amico, qui proinde monitorium obtinuit. An concubina teneatur reſtituere, & revelare ex vi monitorii?*

RESpon. non teneri; ſi diligatur ab amico ſtricto amore. Tancr. *tom.* 5. *tr.* 4. *q.* 17 qui *n.* 7. Hæc habet:

*Quoties tantus eſt amor inter amicos, etiam ſi ſit turpis, ut prudenter attentis omnibus circumſtātiis præſumi poſſit, quòd amicus nolet includere alium in edicto, tunc non tenetur revelare ex vi edicti; quia hæc obligatio revelandi, aut reſtituendi non proceſſit ex eo, quòd licitè fieri deberet, ſed ex eo, quòd ille, qui petiit monitorium, intēdit, & vult circa hoc dirigere monitorium; & Judex ad partis requiſitionem ferens monitorium non intendit alios obligare ultra eos, quos intendit includere pars. Ergo quoties pars non vult amicum includere, ſive hoc faciat ob illicitum amorem, ſive ob aliud, tum, ille non obligabitur monitorio, cum edictum ad eum non dirigatur.*

126 Peccavit igitur mortaliter ſurripiendo, & pariter retinendo, ſi amicus rationabiliter præſumatur invitus; at non incurrit cenſuram non reſtituendo. Imò ſi circumſtantiæ ſint tales, & amicitia ſit tam arcta, ut concubina ob verecundiam non petierit,

...biliter tamen præſumat, amicum non eſſe ...tum quoad ſubſtantiam, ſed ſolùm quo- ...modum, quatenus ſurripuerit; tunc neque ...ret mortaliter, quia non eſſet injuſta de- ...; nam non commiſiſſet furtum, cùm ...m ſit ablatio rei invito rationabiliter ...nino.

127 Idem eſt dicendum de ipſo ſciente in ...e ad revelandum.

128 Suadetur. Monitorium non ligat fi- ...m, uxorem, patrem, matrem, aut fra- ...ſurripientes ultrà caſus licitos, niſi con- ...de voluntate ferentis, ſeu petentis moni- ...m. Bonac. *tom.* 1 *pag.* 891. *diſp.* 6 *.de de- ...punct.* 1. *n.* 1. *&* 2. & non aliâ ratione, niſi ...cùm monitorium concedatur in gra- ...petentis, Judex ligare non intendit, niſi ...ipſa pars petens intendit; circumſtantiis ...attentis naturæ, & carnis, licèt diſpli- ...alicui, quòd ſit furatus ab uxore, &c. nõ ...autem rationabiliter præſumi, quòd ...velit, & intendat uxorem, filium, & tam ...carne conjunctos affici punitione tam ..., quanta eſt excommunicatio major, ni- ...ejus intentione conſtet; putà ſi eos fa- ...monitorio exprimere, aut apponatur ...ula, *nullo excepto.*

...te noſtra, præſumi non poteſt, quòd ...intendat, & velit, tam arctâ amicitiâ ...ctum excommunicatione affici; nam ...amor idem operatur, quod ſangui- ...conjunctio. Abbas *in c. Requiſivit, de te-* ... Imò arcta amicitia ſuperat parentum ...ionem. Bartol. *in l. alimen.* §. 1. *ff. de alim. ...legat.* apud Tancr. *cit, n.* 4.

129 In dubio verò de intentione petentis, ...torio teneri, docet Raynaudus apud ...*cit.* & Bonac. *cit.* quia conſtat de præ- ...tio.

## QUÆRES XI.

130 *An ſcientes concubinã Clerici poſſidere ejus bona ab eo donata in remunerationem ſervitiorum, in judicio tamen non probatorum, teneantur revelare ex vi monitorii de revelandis poſſeſſoribus bonorum Clerici?*

RÉſp. non teneri, Tancr. *cit. q.* 15. quia concubina retinens bona Clerici ſibi donata in remunerationem ſervitiorum verè præſtitorum, etiam ſi non ſint in judicio probata, ea retinet ſine peccato mortali, & juſto titulo donationis remuneratoriæ; igitur id ſcientes non tenentur revelare, quoniam monitorium obligat ad revelandum injuſtum detentorem: *v. n.* 32.

131 Dices *in l. de donat. inter vir. & uxor.* ex Barb. apud Tancr. *cit.* licèt Clerici poſſint ſuæ concubinæ donare ob ſervitia præſtita, ipſa tamen non poteſt ea retinere ante probationem ſervitiorum in judicio factam; igitur, qui id ſciunt, ex vi monitorii revelare tenentur.

Reſp. Tanc. *cit.* ex Molina textum loqui de donationibus merè gratuitis, minimè de iis, quæ fiũt ob ſervitia realiter præſtita. Tum quia ex Cabedo, talis probatio obſequiorum non requiritur pro foro interno, ſed pro externo propter præſumptionem, quòd donata concubinæ videantur donata non ob realia obſequia, ſed ob turpem amorem.

## QUÆRES XII.

132 *Petrus donavit Paulo abſenti centum, ad quem miſit nuncium, aut epiſtolam, ut talem donationem intimaret; antequam autem nuncius, aut epiſtola pervenerit, mortuus eſt donator: hinc ejus hæredes omnia ejuſdem bona occultaverunt, & quia Petrus donatarius interim nuncium donationis recepit, monito-*

*rium*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*rium obtinuit, ut revelentur, qui bona Pauli detinent. An qui ſcit hæredes Pauli talia bona occultaſſe, teneatur ex vi monitorii ad revelandum?*

RESpon. Tancr. qui caſum proponit *loc. cit.* non teneri; quia licèt ſit probabilis ſententia, quòd poſt acceptationem Pauli factam mortuo Petro, donatio ſit perfecta, & transferat ius in donatarium, præſertim ſi fuit acceptata per Notarium nomine Pauli abſentis; eſt tamen ſatis probabilis opinio oppoſita, quòd poſt mortem donantis, non poſſit donatarius eius acceptare donationem; ac proinde eam, utpote non jam perfectam, cedere hæredibus Petri donantis.

133 Suadetur à pari, quia in caſibus, & in quantitate, in quibus ad donationem requiritur inſinuatio, ſeu manifeſtatio facta Judici promulgato monitorio ad inſtantiam donatarii, non tenetur quis ad revelandum, ſi ſciat hæredes donantis ejus detinere bona; nam donatio ſine inſinuatione eſt nulla, ex *l. pen. §. ult. C. de donat.*

134 Et è contra, ſi donatarius reperiatur talia bona recipiſſe, tenetur ad reſtituendum & qui eum ſcit, ad revelandum, promulgato monitorio ad inſtantiam donantis aut ejus hæredum; quia licèt ex conſuetudine non teneatur in conſcientia donatarius bona ſibi ſine inſinuatione donata reſtituere, niſi quando donans, aut ejus hæredes donata repetant; monitio tamen à Judice Eccleſiaſtico facta ad inſtantiam partis, valet pro repititione. Ita Tancr. *cit.* ex Raynaudo.

135 Eadem ratione, ſi Petrus fecit mandatum donandi, quatenùs dedit famulo centum, ut ea ferret ad Paulum, tunc mortuo donante ante traditionem, ſi monitorium fiat ad inſtantiam donaterii, non tenetur, qui ſcit, famulum detinentem revelare; benè verò, ſi fiat ad inſtantiam hæredum donantis; quia ſumma illa ante traditionem per famulu[m fa]ctam non eſt de bonis donatarii, ſed hære[...]dum donantis. Quod utrumque etiam [...] etiam ſi famulus ob culpabilem negligen[tiam] aut malitiam tradere omiſerit, in quo [...] vult Tancr. cum Sanchez, quòd teneatur [red]dere hæredibus donantis realiter ſumm[...] lam, aut gemmam, & ſimul teneatur [fa]cere donatario æquale pretium.

Confirmat Tancr. ex Raynaud. *de mon[...] 1. cap. 2. quæſt. 9.* dicens: *Non teneri ad reve[...]landum ad edicta, ut revelentur ſeu reſtituan[...]tur res Sempronii, quando ipſi fuit facta p[romiſ]ſio illarum rerum, & fuit etiam acceptata [...] quamvis promiſſio acceptata obliget ex [...] promittentem, facta jam acceptatione ex [...] promiſſarii, ut tenet communior quam [...] promiſſarius non habet jus in re ſibi [pro]miſſis, ſed tantùm ad rem, & promittens [...] verus dominus rei; atque adeò non tene[...]mine bonorum Sempronii; ergo multo [...]cendum eſt, non eſſe in bonis Titii id, qu[od] debet reſtitui à famulo in compenſatione [...]ni, quod impedivit, ne fieret ipſius Titii, [...] debet dici tale donum eſſe in bonis Caii, [...]cit mandatum donandi.*

## QUÆRES XIII.

136 *Petrus donator ob ingratitudinem [do]natarii an Iudicis ſententiam [...] bona illius à ſe donata. An teneatur ex [...] nitoriu quæ repetiit, aut compenſatum [...]*

NEgat Tancr. *cit. quæſt.* 10. quia [...] ſententia velit, quòd non poſſi[t ...] ſibus enormis ingratitudinis donator [...] re, aut compenſare donata, niſi poſt [...] cis ſententiam. Diana *par. 8. tr. 6. reſ[...] bur. l b. 9. de contr. tract.* 10. *cap. 6. [...] ſemb. lib. 3. tract. 5. cap. 3. dub. 3.* num[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…opinio tenet, quòd poſſit donans, aper-… conſtante enormi ingratitudine donatarii, … Judicis ſententiam rem donatam occul-… reaſſumere, aut compenſare. Dicaſtillus … tract. 5. diſp. 1. dub. 7. n. 157. & 158. Tancr. … quia donatio intelligitur facta ſub condi-…one implicita, & virtuali, *niſi donatarius …eniat ingratus*, & ſententia Judicis non re-…ritur niſi ad declarandam veritatem in-…titudinis donatarii; unde hâc verè, & cer-…tò donanti conſtante, non requiritur in …ſcientia aliud, ut occultè reaſſumat do-…um, aut ſibi compenſet.

117 Ita pariter eſt diſcurrendum in caſi-…bus, in quibus poteſt donator licitè donatio-…nem revocare, & in cæteris contractibus, in …quibus rem detinens, licitè, & juſtè detinet; …cum hujuſmodi monitoria feruntur con-…tra injuſtos detentores, & illos ſcien-…tes.

QUÆRES XIV.

118 *Petrus nobilis è Sicilia perrexit ad bel-…lum, ubi ex matrimonio ibi contracto genuit fi-…lium, qui mortuo patre, in Siciliam venit bona …paterna adepturus, quæ cum ſcire non potuerit, …monitorium obtinuit, ut qui bona Petri retine-…rent, reſtitueret, aut revelaret, & quia ejus bo-…na reperiuntur adjudicata, ideò quæritur, An …adjudicatarius teneatur ad reſtituendum, vel …revelandum?*

SCiendum eſt, quòd adjudicatio facta vir-…tute pacti ad diſcurſum, ſit triplex, 1. ſine …læſione, facta ſcilicet juſto pretio; & de hac …non eſt ſermo, 2. cum læſione non enormiſ-…ſima, quatenùs non fuit facta infrà dimidium …juſti pretii, ſed vel in dimidio, vel ſupra di-…midium juſti pretii, ver. gr. prædium, do-mus, &c. valebat centum, & adjudicatio fuit facta pro ſexaginta, aut quinquaginta, 3. cum læſione enormiſſima, quatenùs fuit facta infrà dimidium juſti pretii. Variant tamen Doctores in aſſignando, quatenùs debeat eſſe exceſſus dimidii juſti pretii, ut conſtituat læſionem enormiſſimam.

Fagun. *lib. 5. de contr. c. 40. n. 2.* ait non ſufficere, quòd exceſſus ſit unius nummi; quia parum pro nihilo reputatur, & de minimis non curat prætor; ac proindè id committit arbitrio Judicis. Hinc permulti Juriſconſulti apud Maſtrill. *dec. 247. n. 73.* tenent, exceſſum debere eſſe magnum, ita ut læſio debeat eſſe in quadruplo, aut triplo minùs juſto pretio, ut ſi prædium valeat centum, & adjudicatio fiat pro triginta tribus.

Puto tamen, quòd in læſione exceſſus dimidii juſti pretii, ad conſtituendam læſionem enormiſſimam ſufficiat, ſi ſit unius nummi; & ita in allato exemplo ſufficit, ſi adjudicatio ſit facta pro quadraginta novem. Tamb. *cit. n. 5.* & apud ipſum Rebellius, Baldus, & alii; ex *l. Hæc adjecto plur. de verb. ſignific.* Suadetur, quia remedium gratioſum non conceditur, niſi pro læſione enormiſſima; ex Maſtrillo autem *cit. n. 28. Hoc remedium competit, etiam ſi læſio in uno nummo dimidium juſti pretii excedat, ſecundum.* Baldum *l. 2. C. de reſcin. vendit. n. 38.* Abbas *in cap. Cùm cauſam n. 3.* poſt Gloſſ. *ibi in ver. Dimidium, quæ opinio contradictorem non habet.* Igitur ad læſionem enormiſſimam ſufficit exceſſus unius nummi.

Reſp. cum diſtinctione, hæc namque adjudicatio tripliciter contingere potuit. Primò, vel fuit facta ſine læſione juſto pretio, v. gr. prædium valebat centum, & fuit adjudicatum pro aliis centum, quæ dominus prædii adjudicatario debebat ratione annui cenſûs ſupra ipſum prædium per plures annos non ſo-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſoluti. Et tunc nulla eſt difficultas; tunc quidem adjudicatarius monitorio non ligatur, quia prædium eſt in ſui dominium translatum per juſtam emptionem.

139 Secundò, vel adjudicatio fuit facta cum læſione non enormiſſima, & tunc pariter dico, adjudicatarium elapſo quadrimeſtri non teneri reſtituere, aut revelare; quia ea bona poſſidet licitè titulo emptoris, emptione juſto prætio factâ *inf. n.* 144.

Cujus juſtitiæ ratio eſt pactum in contractu creationis cenſs appoſitum inter dominum cenſûs, & cenſuarium, ut in caſu negatæ ſolutionis cenſûs, vendatur prædium ad diſcurſum, ſeu ſub haſta, vulgò *all' incanto*, ultimo emptori plus offerenti; quod pactum non eſt deſtructivum contractûs cenſûs. Et firmatur authoritate Nic. V. apud Tamb. *lib. 9. de contr. c. 6. n. 1.* qui conceſſit Regno Siciliæ, ut in creatione cenſûs apponi poſſint quæcumq; pacta: Et in praxi tale pactum publicè coram notario ſemper apponitur. Adjudicatio igitur, ſeu emptio prædii in, aut ſupra medietatem juſti pretii facta, cùm ſit facta ratione conventionis, & pacti de vendendo prædium in ſubhaſtatione, in caſu negatæ ſolutionis cenſûs, erit juſta: quia bona, quæ venduntur ſub haſtâ, qualiâ ratione præfati pacti ſunt, quæ adjudicatur, ſunt merces ultroneæ, quæ poſſunt licitè pro medietate emi. Tamb. *to. 2. lib. 9. tr. 2. c. 4. §. à n. 5.* Diana *par. 4. tr. 4. reſ. 12.* & nonnulli alii apud ipſos.

Tum quia hujuſmodi adjudicationes, ſeu emptiones, & venditiones bonorum immobilium, fiunt ſine fraude, ſed ſuppoſito debito vero, ad vocem præconis, authoritate Principis, & per ſententiam Judicis. Ecce juſtitiam. Dices: de ratione ſubhaſtationis eſt, ut concurrant plures, qui velint emere; in adjudicatione autem fiunt proclamationes [illegible] foro, ſed vel coram pauciſſimis, vel [illegible] mere volente.

Reſp. Tamb. *cit. n. 19.* ſufficere, [illegible] fiant proclamationes, & quòd creditor [illegible] qui plus offerant, non impediat. Per [illegible] autem eſt, ut non compareant emptores, maximè, quia cenſuarii jam ſciunt, [illegible] ſubhaſtatione immobilium pauci, [illegible] comparere ſoleant præter ipſum creditorem, & hoc non obſtante in fundatione cenſûs conveniunt pacto talis ſubhaſtationis [illegible] ti verò, & ſcienti nulla fit injuria.

140 Tertiò, vel adjudicatio fuit facta cum læſione enormiſſima, & tunc. Tanc. [illegible] 4. q. 12. ſic reſolvit; vel monitorium eſt latum, ut revelentur bona Petri, eo fine, ut [illegible] poſſidens; & tunc adjudicatarius tenetur re-velare, excepto caſu, quo ei adveniret [illegible] bile damnum, putà quia ſuum [illegible] mitteret. Vel eſt latum, ut reſtituantur [illegible] Petri, & tunc non tenetur reſtituere, [illegible] retinet bona Petri, uſquequo ipſi [illegible] creditum.

Adjudicationem autem cum læſione enormiſſima eſſe juſtã, probat Tanc. [illegible] 1. quia in ſubhaſtatione poteſt res [illegible] di quãto minoris ſine fraude extorquen-tes, ſive ſuprà, ſive infrà dimidium [illegible] res valet, 2. quia in læſione, quæ fit [illegible] diũ adjudicatio eſt licita; ità & in læſione [illegible] fit ſuprà dimidium, 3. quia lex in Regno [illegible] liæ permittit talem adjudicationem. [illegible] cludit, in Regno Siciliæ creditorem poſſe [illegible] juſtè adjudicare, ſeu appropriare prædium [illegible] ſuarii cum læſione ſuprà dimidium, [illegible] tamen remedio gratioſo, quatenus [illegible] uſq; ad finem mundi poteſt offerre creditum, & prædium repetere unà cùm fructibus, [illegible] ut domino offerente creditum, [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

adjudicatarius reſtituere illi prædium unà cum fructibus perceptis, quæ proinde numerum præſcribuntur; quo credito non obstante, poſſit juſtè adjudicatarius prædium retinere, donec offeratur; imò non teneatur adjudicatarium de tali remedio gratioſo monere, quoniam excipit caſum, quando adjudicans cognoſcit, dominum prædii eſſe ineptum ad petendum remedium gratioſum, uti eſſet vidua, rusticus, pauper; tunc fatetur adjudicatarium teneri deducto ſuo credito prædium adjudicatum reſtituere debitori, etiam eo non petente.

14. Dico tamen 1. adjudicatarium, ſi ſit intra annos quadraginta adjudicationis, teneri revelare, & reſtituere, nedum lato monitorio, verum etiam ante, niſi prudenter timeat, quòd restituendo non recuperaret ſuum creditum, aut quantum v. gr. ſuum creditum, aut adjudicationem factam probare non poteſt; in quo casu poteſt licitè prædium adjudicatum retinere, donec ex annuis fructibus compenſet ſibi creditum, quo compenſato, tenetur in conscientia illud reſtituere, etiam ante Judicis ſententiam, & debitore non petente.

Ratio eſt, quia adjudicatio cum læſione enormiſſima eſt injuſta, & parit nullitatem. Sanch. cit. à n. 23. Dian. cit. & Doct. Theologi communiter apud ipſos; ex Juriſconſultis autem Fontanell. de 64. Ant. Fab. in C. lib. 4. tit. 30. de reſcin. vend. defin. 3. & 4. cujus injuſtitia.

Oſtenditur primò; quia adjudicatio ſtabilita cum læſione enormiſſima eſt contra bonum publicum, utpotè cauſa depauperandi familias.

Hac de cauſa invalida eſt donatio omnium bonorum, Imò invalida ex jure eſt donatio excedens valorem quingentorum nummorum aureorum ſine inſinuatione facta; quæ quidē inſinuatio, ſeu manifeſtatio Judici, haud alio fine eſt à jure juventa, niſi ut judex uti perſona agens pro bono Reipublicæ prodigas moderetur donationes.

Secundò: quia in omni contractu attendi debet mens explicita, aut tacita contrahentiū, cum contractus ſit conventio ultrò citròque obligatoria in contractu autem cum pacto vendendi ad diſcurſum, non habetur conſenſus debitoris vendendi infrà dimidium. Non quidem explicitus, quia regulariter hujuſmodi contractus cum pacto vendendi bona ad diſcurſum in caſu denegatæ ſolutionis, ſit nullo expreſſo conſenſu de vendendo infrà dimidium juſti prætii. Neque tacitus, quia nemo præſumi poteſt, quòd conſentiat ſuæ depauperationi.

Quòd ſi in pacto vendendi ad diſcurſum exprimatur pactum vendendi etiam infrà dimidium, tale pactum eſt nullum, etiam ſi ſit juratum, quia eſt de re mala, & contra bonum publicum: Sicut nullum eſt pactum, etiam juratum de non revocanda donatione, in caſibus, in quibus donatio eſt illicita.

Suadetur, quia ſi hujuſmodi pacto ad diſcurſum adjiciatur renuntiatio remedii gratioſi, ſeu pactum de non petendo remedio gratioſo facta adjudicatione, talis renunciatio, & pactum ſunt irrita, & nulla. Quod expreſsè docet, & probat Maſtrilli dec. 247. quando intervenit læſio enormiſſima ultrà dimidium cum magno exceſſu. Cujus ratio præcipua eſt; quia in læſionæ quæ ſit cum magno exceſſu ultrà dimidium, præſumitur dolus ex propoſitio; nemo autem poteſt renuntiare dolo ſibi futuro, nec poteſt talis renunciatio expoſci, quia eſſet invitatio delinquendum. Addens, neq; tale pactum juratum tenere; quia juramentum eſſet vinculum iniquitatis. Quas propoſitiones ex pluribùs juribus probat à num. 40. ad. 81.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imò ità acriter contra pactum de non petendo remedium gratioſum, & contra læſionem enormiſſimam cùm magno exceſſu invehit Maſtrilli, *ut in n.* 82. habeat:

*Plures ceſſiones accipiunt à creditoribus habentibus alicujus ſolvere non valentis obligata bona cum dicto pacto vendendi ad diſcurſum, ut illa pro modica quantitate habeant, & ut audio, ità abuſus iſte in Regno eſt, quòd non ſolum in triplo, aut quadruplo, ſed etiam in centuplo minus juſti pretii ſunt multoties bona adjudicata virtute prædicti pacti, quod eſſe contra omnes juris regulas, contra humanitatem, æquitatem, & pietatem, nemo negabit.*

Item *n.* 103. ait.

*Fuit ad inſtantiam Philippi de Lapi per M. R.C. declarata nulla remedio dict. leg. 2. Cod. de reſcind. vendit. quædam adjudicatio facta in favorem D. Laureæ lo Porto, & conſortium; in quo proceſſu extant quædam ſententiæ Religioſorum Theologorum defendentium, non obſtante prædicto pacto ad diſcurſum in conſcientia ſecuros non eſſe emptores, ſi enormiſſima læſio in emptionibus intervenit.*

Inſuper *n.* 110.

*Dolum futurum remitteret, ſi ab initio renunciaſſet futuræ enormiſſimæ læſioni;* & inquit Cepol. *conſ.* 34. *n.* 19. allegando Hoſtienſ. & alios: *Quòd per nullum pactum, nec per legem, vel ſtatutum, nec per conſuetudinem, vel privilegium, poteſt quis privari à reclamatione, & impugnatione ſententiæ arbitrariæ, quando adeſt enormiſſima læſio.*

Ulteriùs *n.* 115.

*Reſpectu autem læſionis enormiſſimæ contrarium in terminis tenuit* Cagnol. *in d. l.* 2. *n.* 81. *dicens: quòd datâ læſione ultrà dimidium juſti pretii in magno exceſſu, contractus erit nullus ipſo jure; quemadmodum ubi dolus ex propoſito cauſam contractui dedit.*

Demùm *n.* 137.

*Remedium læſionis enormiſſimæ tamen cenſetur ſublatum, neq; conſuetudinem aliq; quæ ad aliud dicendum inducat, jam primò, & deinceps, quæcumq; conſuetudo, ſi adeſſet, potiùs corruptela judicetur, cùm materiam peccandi, & fraudandi debitoribus tribuat, & miſeros debitores omnibus bonis ſuis expoliatos reddat, & ità ego exiſtimo.*

Cùm igitur pactum etiam juratum de non petendo remedio gratioſo, pro læſione enormiſſima ſit nullum, & irritum, utpote vinculum iniquitatis, quatenùs læſio enormiſſima eſt doloſa, & iniqua, omninò ſequitur, quòd pactum ad diſcurſum, ſuprà quod prædictum pactum fundatur, ſit etiam doloſum, & iniquum, ſi comprehendat venditionem cum læſione enormiſſima; ac proinde ſit pariter nullum, & irritum; quoniam malitia ſecundi pacti deſumitur à læſione enormiſſima, quæ in primo ſupponitur. Pactum ergo ad diſcurſu eſt validum, & licitum, ſi excludat læſionem enormiſſimã; invalidum autem, & illicitum, ſi ſupponatur eã comprehendere; quemadmodum ſicut ex quo donatio omnium bonorum eſt illicita, & invalida, illicitum, & invalidum eſt pactum de ea non revocanda; ità ex quo pactum ad diſcurſũ comprehendens explicitè, aut implicitè læſiõem enormiſſimam, eſt illicitum, & invalidum, illicitum, & invalidum eſt pactum de non petendo remedio gratioſo pro venditione facta cum læſione enormiſſima.

Confirmatur, quia utrumq; pactum habet pro objecto læſionem enormiſſimam, adeoque utrumque eſt illicitum, ac indè invalidum, quoniam actus ſpecificatur ab objecto.

Ad rationes in oppoſitum,

142 Ad 1. id habet locum in ſubhaſtatione mobilium, minimè immobiliũ, diſparitas eſt, quia in ſubhaſtatione mobiliũ, facta emptione infrà dimidium, non ſequitur tanta deperatio, quanta in ſubhaſtatione immobilium.

... ſolùm amittitur res, & pauci fructus, ... ſit fructifera, ut bos lactaria; hic verò ... ittitur res cum fructibus perpetuis, ac pro- ... talis adjudicatio eſt contra bonum pu- blicum, uti cauſa depauperandi; hinc ex *cap.* ... *cauſam, cap. Cum dilecti, de emp. & vend.* ... tatur contractus emptionis, & venditionis ... dimidium juſti pretii, v. gr. ſi valens cen- ... ematur 49. aut vendatur 151.

143 Ad 2. diſparitas eſt, quia venditio rei immobilis infra dimidium juſti pretii eſt ni- mis prodiga, & contra bonum publicum, cum ... cauſa depauperandi; non ſic facta ſupra di- midium, aut in dimidio: & licèt ex iſta ali- qualis depauperatio ſequatur, quia tamen non ... tanta, toleratur à lege ob bonum publi- cum, nempè ad lites vitandas

144 Ad 3. dato tranſitu, talis permiſſio ſo- lùm juvaret pro foro externo ob vitandas li- tes, minimè pro foro interno.

Cæterùm lex in Regno Siciliæ non permit- tit adjudicationem infrà dimidium juſti pre- tii, ſed illi reſiſtit; nam ipſi Juriſconſulti. Maſt- ril. *dec.* 13. & *dec.* 247. *pag.* 147. *n.* 1. D. Anton. ... *reſ.* 61. & alii apud eundem Tancr. *cit.* ... tiens, hujuſmodi adjudicationes factas in- fra dimidium juſti pretii in Regno Siciliæ ... admitti, ſed ut nullas revocari, non ob- ſtante præfato pacto ad diſcurſum liberè à cenſuario in cenſus creatione facto; quòd qui- dem declaratur nullum, & irritum, utpotè ni- mis prodigum, & contra bonum publicum, ... ſupponatur comprehendere venditionem ... dam ſub haſta, etiam cum læſione enor- miſſima.

Imò ipſe cenſuarius, cujus bona ſunt adju- dicata, poteſt, & ſolet intra quadraginta annos ... petere remedium gratioſum, nimi- rum actionem bona adjudicata repetendi, quando adeſt læſio enormiſſima; & tunc Pro- rex præcipit Judici, ut ſi recognoſcat adjudi- cationem fuiſſe factam infrà dimidium juſti pretii, faciat cenſuario reſtituere bona adjudi- cata unà cum fructibus, ſatisfacto jam credi- to ipſi adjudicatario, unà cum expenſis, & le- gitimo intereſſe. Maſtril. *cit.* Quod remedium gratioſum non conceditur cenſuario in adju- dicatione ſupra dimidium juſti pretii, ſed ſolù tunc conceditur illi quadrimeſtre ad redimen- dum ſoluto debito, quò elapſo adjudicatarius legitimè in perpetuum bona adjudicata poſſi- det. Ex quibus clarè apparet, adjudicationem cum læſione intra dimidium eſſe juſtam, ſupra verò dimidium injuſtam; ac proinde in hac adjudicatarium teneri ad reſtituendum bona adjudicata ſtatim, ſi ſtatim debitor creditum ſatisfaciat. Quòd ſi iſte creditum non ſatisfa- ciat, tunc compenſatis jam per annuos fructus credito unà cum expenſis, & intereſſe legiti- mo, tenetur in conſcientia ea reſtituere, ante ſententiam Judicis, à cenſuario non petente; aliàs incipit eſſe injuſtus detentor; quoniam (ut ipſemet Tancr. fatetur (nunquam ea bona ſic adjudicata, & eorum fructus præſcribit. Ec- ce injuſtitiam.

145 Corroborantur dicta, quia ſi in em- ptione immobiliū ex pacto ad diſcurſum pre- tium infra dimidium eſſet juſtum, quatenùs in ſubhaſtatione pretium juſtum eſt, quod potes ſine fraude extorquere, ſive ſuprà, ſive infrà dimidium juſti pretii; factà tali emptione, ſeu adjudicatione nullum daretur remedium re- ſciſſorium; quia nulla eſſet facta læſio, nemo enim læditur intra juſtum pretium; cum igitur tales adjudicationes factæ infra dimidium ju- ſti pretii ſint revocabiles per remedium gra- tioſum [ut concedit Tancr.] ſequitur, non eſ- ſe juſtas, nec permitti à lege in ratione emp- tionis, ſed ſolum compenſationis, ut in ſecun- da aſſertione.

146 Dices: ſaltem adjudicatarius, etiam ſi ſit infra annos 40. adjudicationis, non tenetur



UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN

ex vi monitorii reſtituere, ex eo, quia probabilis eſt opinio, quòd adjudicatio infrà dimidium juſti pretii ſit juſta; juxtà ſuperiùs dicta.

Reſp. probabilitatem opinionis præfatæ, vel eſſe nullam, vel ita tenuem, ut ex Decr. Innoc. XI. *prop.* 3. *die* 4. *Martii* 1679. non ſufficiat, ut prudenter agamus. Imò ſi adjudicatio intra dimidium juſti pretii ſuas patitur difficultates, ut nonnulli timorati (teſte Tamb. *cit. n.* 26.) ſatisfacto per annuos fructus pretio unà cum expenſis, &c. reſtituerint cenſuario ejus bona ſupra dimidium juſti pretii adjudicata; quid dicendum infrà dimidium? verum tamen eſt, quòd præfati timorati id fecerint non ex juſtitia, ſed ex liberalitate.

147 Dico 2. in Regno Siciliæ adjudicatarium completo anno quadrageſimo à die adjudicationis, & creditum non ſit jam ſatisfactum, non teneri lato monitorio reſtituere, aut revelare.

Ratio eſt, quia in regno Siciliæ per Ducem Sarmonetæ Proregem, ex conſilio, & voto totius Tribunalis Sacræ Regiæ Conſcientiæ Panormi, die 11. Decembris 1666. fuit edita Pragmatica, quam refert Franc. Magretti *in ſuis obſer. ad* §. 9. & 10. tenoris ſequentis.

*Nel remedio gratioſo non ſi dupplichi neſſun debito, peſò, ò accollo, etiam che foſſe dovuto à ſe ſteſſo; mà ſolamente ſi dupplichi la ſomma, per la quale proceſſe l' eſecutione, e le ſpeſe giudiciarie. Quale remedio non ſi poſſa tentare ſe non frà quarant anni, da contar ſi dal giorno della poſſeſſione delle coſe aggiudicate.*

Ubi eſt ſermo de læſione enormiſſima ſupra dimidium juſti pretii, nam pro ea remedium gratioſum conceditur.

148 Motivum autem recenſitæ legis fuit, quia pactum ad diſcurſũ de vendenda ultimo, & plus offerenti re debitoris credito obligatâ, nedum eſt in Regno introductum in creatione cenſûs, verùm etiam eſt factum commune cæteris contractibus, ita ut etiam pro aliis creditis non cenſualibus ſoleant debitoribus obligari bona cum pacto ad diſcurſum. Hinc cernens Princeps, quòd per hujuſmodi adjudicationes infrà dimidiũ juſti pretii cives ſpoliarentur bonis, & ex alia parte debitorum negligentia ſuſpenderentur credita, publico bono conſulens, ne creditores ſuſpenſa remaneant, nec debitores graventur, mediâ viâ incedens diſpoſuit, 1. ad favorem debitorum, ut intra annos 40. poſſint remedium gratioſum tentare, nempe ut ſatisfacto per ipſos credito, unà cũ expenſis, & legitimo intereſſe, ſtatim ipſis bona adjudicata reſtituantur.

149 Intereſſe ratiocinari ſolet ad ſeptẽ per centũ, debet tamen ſupponi eſſe verum, & reale, minimè palliatũ, aut fictum; ut communiter in materia de uſura diſcurrunt Theologi.

150 Secundò ad favorem adjudicatariorum ſeu creditorum, diſpoſuit, ut annis 40. completis à die poſſeſſionis rerum adjudicatarum non poſſint ampliùs debitores remedium gratioſum tentare, ſed earum imperpetuum adjudicatarius remaneat dominus, idque in pœnam negligentiæ, & bonum commune; nam quòd poteſt Princeps rerum dominia transferre. Paſqual. *in q. mor. pag.* 3. Tamb. *cit. lib.* 9. *tr.* 2. *cap.* 6. §. 8. *n.* 14. & alii com.

151 Tum quia pœnæ conventionales, dummodò ſint veræ, ac reales, & non ad palliandam injuſtitiam, aut uſuram, juſtè, & licitè apponi poſſunt à privatis perſonis in ſingulis contractibus, etiam in mutuo; ut docet Scot. *in* 4. *d.* 15. *q.* 2. §. *de ſecundo ar.* 3. nam pœna juſtè imponitur in conſtanti, aut negligenti; & cuilibet licet ſe ſervare indemnem; ergo & que à fortiori imponi poteſt à Principe ob bonum publicum, cui privatum cedit.

152 Ex his ſequitur 1. quòd ſi debitor

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctus ſit impotens ad ſolvendum debitum ante annum 40. & hàc durante impotentiâ, accedat annus quadrageſimus adjudicatarius non facit ſua bona adjudicata, ſed compenſato ex annuis fructibus credito cum expenſis, & intereſſe, tenetur ſtatim, & ſemper ea reſtituere domino; qui pariter etiam elapſis annis non ceſſante impotentiâ, habet jus ad tentandum remedium gratioſum; ratio eſt, quia pœna non incurritur, niſi præceſſerit culpa. Quòd ſi factus ſit impotens, quia prodigè vixit, tunc ſi prævidit ſe redditurum impotentē, accedente anno quadrageſimo amittit bona adjudicata, & non poteſt ampliùs tentare remedium gratioſum, quia eſt in culpa. Secus ſi non prævidit, quia ad culpam requiritur præviſio. In foro tamen externo præſumitur prævidiſſe, & inde eſſe in culpa. Com.

153 Secundò ſequitur, quòd adjudicatarius, ſi ante annum quadrageſimum ex fructibus annuis boni adjudicati ſibi compenſaverit ſuum creditum, unà cum expenſis, & intereſſe, teneatur in conſcientia ſtatim, & ſemper, etiam anno quadrageſimo quamtumvis elapſo, bonum unà cum reſiduis fructibus reſtituere domino, ſeu ſuo debitori, aut ejus hæredi, etiam eo non petente, & ante ſententiam judicis; quia tunc incipit eſſe injuſtus detentor, & ſine ullo titulo, non enim retinet titulo emptoris, quoniam emptio immobilium cum læſione ſupra dimidium eſt injuſta, & nulla, non obſtante pacto ad diſcurſum; quod pariter eſſe irritum, utpotè nimis prodigum, cauſam depauperandi, & contra bonum publicum, diximus à n. 141. nec titulo compenſationis; quia hic factâ compenſatione ceſſavit, nec alius eſt aſſignabilis titulus.

154 Nec poteſt dici, quòd accedente anno quadrageſimo, & domino bona adjudicata non petente adjudicatarius illa præſcribat; quia ad præſcribendum, ultra tempus præfinitum à lege, requiritur titulus, & bona fides: in caſu autem nullus habetur titulus, ut modò eſt oſtenſum: non bona fides; quia ſcit jam ſe compenſaſſe; adeòque non valet illa præſcribere, quia poſſeſſor malæ fidei nunquam poteſt præſcribere. Com. hinc diximus, quòd accedente anno quadrageſimo, & non jam compenſato, aut ſatisfacto credito, &c. adjudicatarius faciat ſua bona adjudicata, non ratione emptionis, nec ratione præſcriptionis, ſed ratione legis pœnalis à Principe latæ contra debitores negligentes; ut eorum exemplo alii ſint accuratiores ad ſolvenda debita.

155 Tertiò denique ſequitur, quòd etiam in Regno Siciliæ talis adjudicatio cum læſione ſupra dimidium non ſit juſta, ſi conſideretur ſub ratione emptionis, & venditionis ex pacto ad diſcurſum; ſed ſolùm permittitur ſub ratione compenſationis, quatenùs creditor non potens aliter recuperare ſuum creditum, retinet bona debitoris, uſquequò illud ex annuis fructibus ſibi compenſet; quo compenſato ante annum quadrageſimum, condemnatur à judice ad reſtitutionem prædii, & fructuum, imò in conſcientia illa reſtituere tenetur etiam ante judicis ſententiam, & debitore non petente.

156 Nec relata pragmatica dicit oppoſitum, ſolùm enim diſponit, ut completo quadrageſimo anno, & non tentato remedio gratioſo, ac non ſatisfacto credito, in pœnam negligentiæ non poſſit debitor ampliùs illud tentare: non diſponit autem, quòd adjudicatio in ratione emptionis fuerit juſta, & quòd compenſato ex annuis fructibus credito, non teneatur adjudicatarius bona adjudicata reſtituere.

157 Imò tam diſplicet Principi, cives per hujuſmodi adjudicationes ſpoliari bonis, ut in adjudicationibus factis cum læſione infrà dimidi-

dimidium juſti pretii, in quibus datur quadrimeſtre ad redimendum, peti, & concedi ſoleat à Principe prorogatio termini ad redimendum.

## QUÆRES XV.

158 *An ex vi monitorii de reſtituendis, aut revelandis fiſco bonis hæretici, retinens quoddam ejus creditum, teneatur fiſco reſtituere?*

Sciendum eſt, unam ex pœnis hæreſis formalis, eſſe confiſcationem bonorum hæretici à die commiſſi criminis; quæ confiſcatio eſt tam juris civilis, quàm canonici in pluribus locis, apud Bord. *in Trib. fidei cap.* 12. *de Pœnis hæret.* præſertim *ex c. Cum ſecundum* 19. *de hæret. in* 6: *Et rerum proprietate hoc ipſo prævetur, & fiſco rerum & ſpecierum dictarum proprietas acquiritur, &c. bona hæreticorum ipſo jure decernimus confiſcata: confiſcationis tamen hujuſmodi executio, vel bonorum ipſorum occupatio fieri non debet, niſi prius ſententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata.*

159 Quæ confiſcatio eſt pœna latæ ſententiæ, quæ ipſo jure incurritur; non eſt autem executioni danda, niſi poſt ſententiam commiſſi delicti, quod eſt commune omnibus pœnis latæ ſententiæ, quæ ſemper intelliguntur ſecutâ ſententiâ declaratoriâ delicti; unde hæreticus patrato delicto amittit proprietatem ſuorum bonorum, non tamen poſſeſſionem & uſum, niſi poſt ſententiam commiſſi delicti.

160 Hinc donationes, & aliæ alienationes bonorum ab hæretico factæ à die commiſſi delicti, ante diem ſententiæ valent, at non ſunt firmæ, ſed reſcinduntur à fiſco, niſi ſint factæ ob neceſſitatem vitæ propriæ, & ſuorum, & pro collocandis filiis. Bord. *citat. num.* 113. Diana *in Sum. ver. Hæretic. pœna num.* 7. quia licèt ſi commiſſi delicti ante ſententiam hæreticus ſit ſuorum bonorum poſſeſſor, non dominus, & propterea ſtatim, ac habetur cognitio delicti, ſolet fiſcus inventarium facere; & qui bona ſic aliena tinet, debet ea poſt ſententiam fiſco reſtituere, quia ipſo jure, ſtatim ac fuit commiſſum delictum, fuerunt fiſco confiſcata quoad dum proprietatem.

161 Nomine bonorum confiſcatorum veniunt bona, quæ realiter de præſenti habebat hæreticus, quando commiſit delictum, unde

162 Primò, non veniunt bona, quæ poſt delictum acquirit ante ſententiam; quia non dicuntur præſentia, ſed futura. Bord. *cit. num.* 114. ex multis contra Boſſium, qui vult etiam ſubdi fiſco: dixi *poſt delictum*, ſed poſt pœnitentiam; ſed ante ſententiam acquiſita; quia pro eo tempore, quo durat hæreſis, bona tunc acquiſita ipſo jure ſubjiciuntur fiſco, quoniam durat cauſa confiſcationis, unde ſi Petrus patravit hæreſim formalem ... Janu. & in ea perſeveravit uſque ad ... Februarii, quo die eum pœnituit, ... uſque ad diem 1. Febr. acquiſita ante ſententiam cedunt fiſco, non obſtante, quod ſententia delicti commiſſi detur, v. gr. ... Auguſti, quia ſententia retrotrahitur ad diem commiſſi delicti: bona verò acquiſita ... 1. Febr. poſt pœnitentiam non cedunt ... Tanct. *tom.* 5. *tr.* 4. *q.* 11. *num.* 4.

163 Fructus autem ex bonis, qui ... dunt, percepti tempore medio inter ... trati delicti, & ſententiam, ſunt ipſius ... ci; quia fructus ſunt poſſeſſoris, ... *ex diverſorum, ff. de rei vendicat.* ... ſententiâ fructus, quos non conſumpſit, ... fiſci. Bord. *cit. num.* 112.

164 Secundò non venit hæreditas ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hæretico, ſed non jam adita ante commiſſum crimen. Bord. *cit. num.* 115. quia hæreditas ſine aditione non tranſit ad hæredes; unde non venit inter bona præſentia.

165 Hac ratione legitima filii hæretici viventibus parentibus non competit fiſco, quia non eſt jam acquiſita: ſed eſt ſimpliciter ſpes; etiam ſi filio legitimam aſſignaſſet. Bord. *cit. num.* 116.

166 Tertiò, non veniunt bona fideicommiſſo ſubjecta, aut alienari prohibita, uti, quo teſtator prohibuerit alienationem in favorem alterius à delinquente, & præſertim quando teſtator, aut inſtitutor utitur his, vel ſimilibus verbis: *ut eo ipſo delinquens amittat bona cum omnibus ſuis commoditatibus.* Diana *p.* 4. *tr.* 8. *reſ.* 60. Bord. *cit. num.* 117. Carena *p.* 2. *tit.* 1. *de hæreſi num.* 13. quia ſubſtituti non ſuccedunt in ea bona ex perſona ipſius hæretici, ſed ex perſona propria, & ut vocati in caſu delicti ab ipſo inſtitutore, ſeu teſtatore, qui, cùm ſupponatur primus acquiſitor, poteſt in inſtitutione hæredis, &c. apponere vincula, & conditiones, quæ ipſi placent: & tunc in caſu delicti hæreticis, &c. bona, & hæreditas non cedunt fiſco, ſed ſubſtitutis; pariter & eorum fructus tranſeunt ad ſubſtitutos, ad quos poſt delictum tranſit dominium bonorum, & hæreditatis.

167 Quartò, non ſubjicitur fiſco Majoratus, quia filius non ſuccedit ad illum jure paterno, ſed ex propria perſona immediatè. Nec fiſco ſubjicitur ob delictum patris peculium caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe filii: quia eſt filiorum quoad proprietatem, uſum fructum, & adminiſtrationem. Neque dictum peculium ob delictum filii ſubjicitur fiſco in damnum patris, 6. Non ſubjicitur fiſco ob delictum patris peculium adventitium, & profectitium filii: quia quoad proprietatem eſt filii; & licet uſusfructus ſit patris, in caſu tamen ejus hæreſis, filius fit ſui juris, ac proinde liberam habet adminiſtrationem; nam uſusfructus ſequitur proprietatem. E converſò in caſu delicti filii proprietas peculii adventitii, & profectitii, unitur cum uſufructu patris. Hæc Bor. *cit. num.* 120. ex pluribus Doctoribus, & juribus.

168 Bona caſtrenſia ſunt, quæ filius familias occaſione militiæ acquirit, & quod eſt ei à patre, aut ab alio donatum, dum militiam agit, ſive in terra, ſive in mari. Quaſi caſtrenſia ſunt, quæ filius familias acquirit ex publico munere, v. gr. advocati, medici, &c. ex artium liberalium profeſſione, ex regis liberalitate, aut ex propria parſimonia. Item quæ Clericus acquirit ratione Clericatûs, Sacerdotii, vel ex ſui beneficii redditibus; nam bona, quæ laico ſunt adventitia, Clerico ſunt quaſi caſtrenſia. Bona adventitia ſunt illa, quæ filiusfamilias acquirit non ex patre, aut propter patrem, nec ex officio publico, ſed aliunde, v. gr. à matre, ab avis maternis, ab extraneis, ex nuptiis, aut proprio labore, & induſtria. Bona denique profectitia ſunt, quæ ex pecunia, aut bonis paternis per filium familias acquiruntur, dummodò caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia non ſint.

169 Dos uxoris ſcienter cum hæretico contrahentis cedit fiſco, *ex cap. Decrevit.* 14. non ſic bona paraphrenalia, hoc eſt præterdotalia uxoris. Nec bona viri ſcienter cum hæretica contrahentis. Quia jus loquitur de fœminis, & de dote, ſtante ſcientiâ. Diana *in Sum. ver. Hæret. pœna n.* 6.

170 Bona Clericorum, ſi ſint patrimonialia, aut acquiſita propriâ induſtriâ, vel titulo Officii Sacerdotalis, pro Miſſis, adminiſtratione ſacramentorum, &c. ſubjiciuntur fiſco Eccleſiaſtico; quia ſunt tranſitoria etiam ad extraneos, nam Clerici poſſunt ea illis relin-

quere, *ex cap. Quia nos de teſtam.* minimè, ſi ſint beneficia Eccleſiaſtica; quia hæc ſub excommunicatione reſervata prohibentur confiſcari, ex Clem. II. *de hæret.* ſed ipſo jure vacant. Fructus etiam beneficiorum prohibentur confiſcari, *ex cap. Excommunicamus* 14. §. *Damnamus, de hæret*, ſed applicari debent Eccleſiis, quarum ſunt beneficia. Bona verò acquiſita ex fructibus, ſeu pecuniis beneficiorum, ſubjiciuntur fiſco; quia de illis Clerici poſſunt diſponere. Ita Bord. *cit. à nu.* 127. *cum multis.*

171 Bona Religioſi hæretici non ſubjiciuntur fiſco; quia nihil habet proprii, ſed ſolùm uſum facti, & illorum proprietas ad Monaſterium in communi ſpectat, vel ad Sanctam Sedem, aut ad ipſos dantes; pro Minoribus de Obſervantia. Bord. *cit. n.* 132.

172 His neceſſariò præmiſſis, difficultas procedit de bonis confiſcalibus, & quæ cedunt fiſco, ſive Eccleſiaſticæ Inquiſitorum, Epiſcoporum, aut regio, juxta varias Regionum conſuetudines: minimè de illis, quæ non cedunt fiſco, ea enim non tenetur delinquens ex vi monitorii reſtituere, ſed poteſt occultare.

173 Reſp. igitur cum Tancr. *cit.* 1. *n.* conſideranda eſſe verba monitorii; ſi enim dicat: *Ut qui retinet bona mobilia, vel immobilia Petri hæretici, ea reſtituat fiſco*: retinens creditum hæretici non tenetur ſolvere fiſco, ſed poteſt illud ſolvere ipſi hæretico creditori. Si verò dicat: *Ut qui retinet bona Petri hæretici, ea reſtituat fiſco*: retinens ejus creditum, tenetur illud reſtituere fiſco. Ratio primi eſt, quia creditum non comprehenditur ſub nomine mobilium, vel immobilium, ſed conſtituit tertiam ſpeciem diſtinctam bonorum, intra quam ſunt jura, & actiones, *ex l. à Divo Pio, ¶. In venditione, ff. de recup.* Clarus, Farinac. apud Tancr. Ratio ſecundi; quia *bonum* eſt genus ad dictas tres ſpecies; genus autem comprehendit ſpecies, *ex l. ademptis, Cod. de ſent. paſſ.*

174 Eadem veniunt reſpectivè dicenda de bonis confiſcatis ob crimen læſæ Majeſtatis, aut ob alia delicta, juxta jura propria Regnorum.

## QUÆRES XVI.

175 *Petrus rem à ſe reſtituendam aſſignavit probo confeſſario, aut viro fideli, ut eam traderet domino; mediator autem eam non reſtituit, vel quia amiſit, vel quia ſibi ſurripuit; hinc tranſacto tempore, & reſtitutione non facta, dominus monitorium obtinuit. An teneatur Petrus iterum ex vi monitorii reſtituere, & quicum ſcit, revelare?*

176 Circa reſtitutionem factam per intermediam perſonam fidelem, quæ tamen non reſtituit, quia amiſit, aut ſibi ſurripuit, commune eſt, quòd, ſi res debita ex re accepta, aut ex contractu, v.g. depoſiti, locati, &c. & ſit debita in individuo, putà idem equus, eadem veſtis; non tenearis amplius reſtituere, ſi id fuit ſine culpa theologica gravi; quia ad nil ex re accepta, aut contractu obligaris, niſi ad diligentiam moralem, quam egiſti, dando res viro putato probo, & fideli; & res domino perit.

177 Eâdem ratione, ſi res ex re accepta, aut contractu non ſit debita in individuo, ſed in ſpecie, aut æquivalenti, ut ſi tibi fuit commodatum triticum, pecunia, &c. teneris iterùm reſtituere; quia res perit in manu mediatoris, & res domino perit. Tamb. *tom.* 1. *lib.* 8. *tr.* 4. §. 5. *num.* 6. Excipe, niſi non potueris perſonaliter reſtituere ſine infamia; quia tunc diſcurram, ut de ipſa acceptione.

178 Difficultas eſt, ſi debitum ſit ex in-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ex acceptione, ſeu ex delicto. In qua re duæ ſunt opiniones. Prima affirmat te obligari, iterum reſtituere, ſive res ſit debita in individuo, ſive in ſpecie; quia ſemper in te remanet radix obligans ad reſtitutionem, nempè injuſta acceptio. Nec creditor debet damnum pati ob delictum debitoris. Neque creditor conſenſiſſe præſumitur ad illam tranſmiſſionem per perſonam quantumvis fidelem, niſi ſub conditione, quòd cum effectu ſibi res tranſmiſſa reddatur. Tolus, Lazar. *de monit.* Nav. de Lugo, & alii apud Dianam *p.* 11. *tr.* 17. *reſ.* 2.

179 Secunda opinio negat, te amplius ad aliquid obligari. Ita expreſsè Scotus *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 2. §. *De quarto litt. ff.* quem ſequuntur Diana *cit. & p.* 10. *tr.* 16. *reſ.* 97. Rodr. Filiuc. Cenedo, & alii apud Tamb. *cit.* quia [ ait Scotus ] *quando ablatio fuit occulta, tunc non tenetur ablator ſe prodere, nec per conſequens per ſeipſum reſtituere, ſed per aliam perſonam ſecretam, & fidelem, & expediens, quòd per Confeſſorem, quia ſibi eſt crimen detectum in confeſſione, & de ejus fidelitate, quòd reſtituat fidei ſuæ commiſſum, ſatis debet credi.*

Unde, ſi perſona intermedia non reſtituat, ſed rem amittat, aut ſit inconſtans, & pro ſe ſurripiat, onus reſtituendi transfertur ad illam, & ceſſat in fure, quia hic fecit, quantum in ſe potuit, & debuit; non enim tenetur reſtituere cum ſui infamia. Cujus ratio à priori deſumitur ex conſenſu rationabiliter præſumpto domini; ſicut enim fur, & debitor ad nil amplius teneretur, ſi ex conſenſu expreſſo creditoris, de reſtituendo per intermediam perſonam, rem reſtituendam traderet intermediæ perſonæ, quæ tamen pro ſe ſurriperet; ita ad nihil tenetur, ſi id faciat ex conſenſu tacito creditoris; quoniam taciti, & expreſſi conſensûs, eadem eſt vis; qui tacitus creditoris conſenſus habetur in caſu, quo debitor, ſeu fur non poteſt perſonaliter ſine periculo infamiæ reſtituere.

180 Suadetur aliis exemplis: & 1. Si fur occultus non poteſt ſine infamia rem ablatam eamdem in individuo reſtituere, ſatisfacit reſtituendo per æquivalens, nempe pretium, 2. [ ait Scotus ] ſi non poteſt ſtatim ſine infamia reſtituere, ſufficit, quòd habeat voluntatem reſtituendi, cum primum opportunè poteſt, quo tempore non eſt injuſtus retentor, licèt priùs fuerit injuſtus acceptor, & detentor; quia tunc retinet volente tacitè domino; quòd ſi ſit invitus, eſt irrationabiliter invitus; nam non poteſt rationabiliter intendere, quòd fur occultus cum ſui infamia reſtituat; ſed conſentire debet, ut reſtituat, cùm primum opportunè poteſt: injuſtus autem acceptor, aut detentor dicitur, cùm accipit, aut retinet invito rationabiliter domino; ita in re noſtra. His præmiſſis.

181 Reſp. 1. Si res ſit debita ex re accepta, aut contractu, & ſit debita in individuo, non tenetur Petrus ex vi monitorii reſtituere, nec qui eum ſcit, revelare. Bene verò, ſi ſit debita in ſpecie, aut æquivalenti; quia in 2. caſu monitorium ſupponit in Petro onus ad reſtituendum, non ſic in primo: *ut in n.* 176. *&* 177.

182 Reſp. 2. Si Petrus eſt debitor ex delicto, nec tenetur amplius ex vi monitorii reſtituere; nec qui eum ſcit, revelare. Diana *p.* 10. *cit.* & Tancr. *tom.* 5. *tr.* 4. *quæſt.* 16. quia probabilis eſt ſententia, quòd fur, & debitor ad nil amplius teneatur, ſi ad vitandam infamiam rem tradidit viro probo, & fideli, ut eam conſignaret domino, ille autem amiſit, aut fuit inconſtans, & pro ſe ſurripuit.

## QUÆRES XVII.

183 *Paulus, ne creditores ſuum prædium adjudicarent, illud vendidit in confidentia Petro. An, lato monitorio de revelandis bonis Pauli, teneatur Petrus prædium revelare?*

RESp. teneri, ſi factâ correctione, Paulus non velit ſatisfacere creditoribus, & nullum ipſi ſequatur notabile damnum. Bonac. *tom. 1. diſp. 6. de onere denunc. punct.* 1. §. 6. *num.* 7. quia eſt particeps peccati Pauli, nam quamdiu non manifeſtat, eſt cauſa, cur Paulus non ſolvat; ſicut cenſetur cauſa peccati, qui occultat bona ſibi à fure ad cuſtodiendum tradita.

Unde, qui occultant bona, ne ob æs alienum, vel ob delictum patratum, capiantur à creditoribus, aut à fiſco, tenentur ex vi monitorii revelare; quia talia bona non poſſunt occultari, aut retineri in fraudem creditorum, & fiſci, quibus de jure ſunt applicata. Idem dic de contractibus fictè initis in fraudem creditorum, vel fiſci.

## QUÆRES XVIII.

184 *Petrus detinens bona Pauli, promulgato monitorio de reſtituendo intra quindecim dies, octavo die ex malitia ſe reddidit impotentem, diſſipando bona Pauli, duodecimo tamen die ſe pœnituit facti. An incidat in cenſuram?*

185 CErtum eſt, quòd ſi facti non pœniteat intra terminum, peccet ſtatim ac commiſit culpam contra ſuperioris præceptum; & incidat in cenſuram, non ſtatim ac committit culpam, ſed elapſo termino præfixo, non antea. Difficultas eſt, ſi pœnitentia intra terminum intercedat.

186 Prima opinio affirmat, quòd incidat in cenſuram elapſo termino. Raynaudus *de Monit. p. 1. cap. 2. q. 3.* Suarez *de cenſ. diſ. 20. ſect. 2. num. 16.* quia cenſura incurritur vi prioris cauſæ jam datæ. Hinc ſi Petrus vulneravit lethaliter Paulum, & ante ejus mortem facti pœniteat, adhuc evadit irregularis ſecutâ morte.

187 Secunda opinio, quam ſequor, negat, quòd incidat in cenſuram elapſo termino. Tancr. *tom. 5. tr. 4. q. 13.* quia cenſura in monitorio fertur contra non reſtituentes culpabiliter intra terminum præfixum; iſte vero, quem intra terminum culpæ, quâ factus eſt impotens, pœnituit, accedente termino, non omittit reſtitutionem culpabiliter; adeóque non incidit in cenſuram.

Confirmatur. Quia cenſura lata in monitorio non retrotrahitur ad tempus commiſſi delicti, ſed concernit culpam mortalem in termino præfixo, quæ non habetur modò; igitur neque cenſura, quæ quidem culpam mortalem requirit.

188 Non obſtat, quòd præceſſerit culpa, quâ ſe ex malitia impotentem reddidit; nam malâ voluntate retractatâ, omiſſio reſtitutionis procedit ex priori culpa ſolùm materialiter, formaliter vero ex impotentia. Sicut, ſi poſt datam cauſam pollutioni, retractetur prava voluntas per pœnitentiam, pollutio ſequens in ſomno non eſt culpabilis; ſed cenſetur involuntaria.

189 Ad caſum de vulnere lethali, & irregularitate, clara eſt diſparitas: quia irregularitas contrahitur ex homicidio culpabiliter poſito, ex cauſa data, & adhuc influente in mortem: hæc autem cenſura contrahitur non ob impotentiam culpabiliter poſitam, ſed ob omiſſionem reſtitutionis culpabilem in termino præfixo; & quia omiſſio reſtitutionis in termino præfixo, pœnitentiâ ſuppoſitâ, non eſt cum culpa, ideò non incurrit cenſuram.

QU

## QUÆRES XIX.

190 *Antonius ſcit Petrum intra termi-num ex malitia ſe reddidiſſe impotentem, nec reſtituiſſe. An teneatur eum ex vi monitorii revelare?*

RESp. non teneri. Tancr. *cit. p.* 14. quia ceſſavit finis denunciationis à judice in monitorio intentus. Intenditur enim ſatiſfactio partis læſæ, non punitio delicti commiſſi; & quia ſtante impotentiâ etiam culpabiliter impoſitâ, ſatisfactio haberi non poteſt, igitur ceſſat finis. Tum quia monitorium præcipit, ut reveletur injuſtus detentor bonorum Pauli; in caſu autem revelatur, non revelaret injuſtum detentorem, ſed delictum, quo ſe reddidit impotentem; quod eſt aliud ab eo, quod intenditur.

Ex his colliges, impotentiam phyſicam, aut moralem ad revelandum, & reſpectivè reſtituendum excuſare à cenſura. Impotentia moralis habetur, quando quis revelare non poteſt ſine gravi infamia, gravi incommodo, aut damno. In reſtitutione verò requiritur, ut damnum, quod timetur, notabiliter præponderet bono alterius *ut in num.* 114.

## QUÆRES XX.

191 *Paulus, ad cujus inſtantiam latum eſt monitorium, prorogavit terminum ad alios quindecim dies. An Petrus hoc non obſtante, adhuc in primo termino, ſi non reſtituat, aut revelet, incidat in cenſuram. Et ſi non incidit in primo termino, an incidat in ſecundo?*

192 QUoad 1. partem Reſp. tanquam certum, quòd ſicut de conſenſu partis poteſt cenſura tolli, ſi pars remittat debitum intra terminum in monitorio præfixum, ità poteſt ſuſpendi, etiam neſciente judice; Leander *de cenſ. tract.* 2. *diſp.* 4. *qu.* 19. & Tancr. *tom.* 5. *tr.* 4. *qu.* 8. *nu.* 1. quia cum monitorium ſit latum in gratiam partis petentis, judex, ſicut non intendit ligare cenſurâ, quos pars non intendit, ità neque quando pars non intendit. Tum quia judex nil aliud intendit, niſi partes ad concordiam reducere, *l.* 1. *§. poteſt autem quaſ, ff. de nov. oper. nunc.*

193 Sit exemplum de juramento promiſſorio, quod licèt ſit præſtitum parti, nempe homini, principaliter obligat Deo, & tamen poteſt pars illud in totum remittere, aut ejus obligationem ultra tempus præfixum ſuſpendere, in quo caſu jurans nec peccat, nec abſolutione indiget, quia etiam Deus illud cenſetur remittere, in quantum in partis gratiam acceptavit. Præterea per partis conſenſum ceſſat contumacia, cenſura autem non incurritur, niſi ob contumaciam.

194 Dixi: ſi pars remittat debitum intra terminum in monitorio præfixum; quia ſi illud remittat elapſo termino, cenſura non evitatur, quia jam contracta ſupponitur, ac proinde nonniſi abſolutione remittitur.

195 Quoad 2. partem certum eſt, quòd ſi prorogatio primi termini fiat de conſenſu, & authoritate judicis, elapſo ſecundo termino, Paulus, & ille, contra quem eſt latum monitorium, incidat in cenſuram; quia terminus à judice prorogatur cum acceſſoriis.

196 Sed difficultas eſt, ſi prorogatio termini ſit facta de ſolo conſenſu partis, neſciente judice.!

Prima opinio negat, Paulum, ſeu debitorem elapſo ſecundo termino prorogationis incidere in excommunicationem, & pariter eum, qui elapſo termino prorogationis debitorum non revelat, Tancr. *tom.* 5. *tr.* 4. *q.* 8.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& nonnulli apud ipſum, & Leandrum *cit. q.* 20. *&* 21. Ratio potiſſima, quia licèt pars poſſit cenſuram indirectè ſuſpendere, prorogando terminum neſciente judice; non poteſt tamen ita illam ſuſpendere, ut elapſo termino prorogationis incurratur, quia hoc eſt actus juriſdictionis, qui judici competit, non parti, *l. privatorum*, *C. de juriſdict. omn. Judic.*

197 Secunda opinio affirmat incidere abſque novo conſenſu judicis. Leander *cit. q.* 21. quia judex non præfixit terminum ad finiendum præceptum, ſed ad finiendam permiſſionem differendi impletionem præcepti niſi aliàs accedat conſenſus partis; quæ ſi intra terminum monitorii proroget terminum ſuſpenditur impletio præcepti, & cenſura uſq; ad ſecundum terminum prorogationis; quo elapſo, cenſura incurritur ex conſenſu virtuali judicis, quatenus finitur conditio, ſub qua fuit cenſura lata; unde incurritur ex vi prioris conſensûs judicis virtualiter per allatam conditionem implicitam permanentem uſque ad terminum prorogatum.

Unde pars, quæ neſciente judice prorogavit, per hoc, quod elapſo ſecundo termino cenſura incurratur, non dicitur exercere actum juriſdictionis, 1. Quia cenſura non incurritur, niſi ex vi prioris ſententiæ, & ex conſenſu virtuali judicis, ac proinde ex authoritate illius, 2. Quia pars prorogando terminum non ſuſpendit, & dilatat cenſuram directè, ſed indirectè per ſubtractionem materiæ, quæ eſt obligatio debitoris; quod non eſt actus juriſdictionis, ſed dominii circa illam materiam.

198 Utraque opinio eſt probabilis.

## QUÆRES XXI.

199 *Civis Panormitanus, qui furtum commiſit, non jam elapſo termino monitorii, ſe transtulit ad Diœceſim Montis Regalis, animo ibi perpetuò habitandi, aut manendi majori parte anni. An, elapſo termino, incurrat cenſuram contra non reſtituentes Panormi latam?*

200 Certum eſt, 1. Non ſubditum [illegible] cis monitorium non ligari [illegible] rio, aut cenſura, ac proinde non tene[ri] cenſura ad revelandum; quia actus juriſdictionis exerceri non poteſt in non ſubditum, quoniam ſubjectio, & juriſdictio ſunt correlativa.

201 Certum eſt, hic non eſſe ſermonem de cenſura lata per modum ſtatuti, ſeu legis aliquid prohibentis in futurum; verbi gratia ſi quis furetur calicem, ſit excommunicatus; hanc quidem non incurrit, quamquam peccet, mutet forum, ſeu territorium, ſi postea mutato foro, id faciat, quia tunc jam ſubditus prioris judicis, ac proinde ligatur ejus præceptis, aut cenſuris. Sed ſermo eſt de cenſura lata per monitorium, quod non habet rationem legis, ſed [illegible] præcepti tranſitorii: *ut in num.* 43. [illegible] poſitis.

202 Reſp. incurrere. Bonac. *tom.* 1. [illegible] 6. *de denunt.* §. 2. *num.* 2. *pag.* 892. [illegible] *de cenſur.* 1. *diſp.* 4. *quæſt.* 22. ratio eſt, quia remanet ſubditus ratione delicti, & per monitorii citationem juriſdictio perpetuatur. C. propoſuiſti, de foro competente; [illegible] ubi judicium eſt inceptum, ibi finiri debet, [illegible] *de judiciis*; ac proinde ille, etiam mutato foro, remanet ſubditus prioris judicis [illegible] dùm quid, nempè ſecundùm illam cauſam.

## QUÆRES XXII.

203 *An qui. cit delinquentem, & poſt promulgationem monitorii, intra terminum præfixum incipit eſſe ſubditus illius ſuperioris, qui tulit monitorium, ligetur monitorio contra ſcientes ad revelandum delinquentem* [illegible]

**R**Eſp. ligari, ſi monitorium ſit generaliter latum, ſed computato æquali termino, hoando à die, quo ſit ejus ſubditus, & abet ſcientiam: *ut in num.* 165. Bonac. *citat.* pag. 895. *nu.* 1. & alii apud Dianam *p.* 5. *tr.* 9. ref. 36. quia eſt verè ejus ſubditus, tempore, quo ejus urget præceptum.

104 Negativam tamen ſententiam probabilem putat Diana *p.* 5. *tr.* 9. *reſ.* 36. quia ſententia referenda eſt ad tempus, quo pronunciatur; adeóque ſolùm habet vim contra eos, qui tunc erant ſubditi.

105 Illud mihi verum eſt, quòd ſi iſte non ſit jam factus ſubditus, quatenus non jam domicilium acquiſivit, ſed ſit ut alienigena, non ligetur monitorio, aut cenſura, etiam ſi monitorium fuerit tempore, quo jam reperiebatur in loco, quia nullo modo eſt ſubditus, nec ratione perſonæ, nec ratione delicti; non enim ipſe delictum commiſit.

106 A fortiori Advenæ, & Peregrini in aliquo loco per tranſitum commorantes non ligantur cenſuris, per modum legis, ſeu ſtatutis, pro culpis futuris vitandis, ſi ibi committant delicta, quibus ſunt annexæ cenſuræ; Diana *citat.* nam, ut quis eas incurrat, debet eſſe ſubditus ratione perſonæ, & domicilii.

107 Secus eſt dicendum de cenſura lata per monitorium, quod habet rationem præcepti tranſeuntis; advena enim delinquens in territorio Epiſcopi extranei ligatur eo monitorio, & incurrit cenſuram, nedum dum ibi manet, ſed etiam in propria Diœceſi, ſi poſt citationem, ſeu publicationem monitorii diſceſſit, quia evaſit ſubditus Epiſcopi extranei ratione delicti: *ex cap. ult. de foro competenti.* Diana *p.* 5. *tr.* 9. *reſ.* 34. & 36.

108 Imò, ſi poſtquam dictus advena delictum commiſit, è loco diſceſſit ante publicationem monitorii, & rediit ad propriam diœceſim, tunc Epiſcopus proprius requiſitus ab Epiſcopo loci, ubi fuit commiſſum delictum, tenetur delinquentem citare, *ex cap. fin.* de foro competenti; & tunc, ſi non obediat, cenſuram elapſo termino incurret. Diana *citat.*

## QUÆRES XXIII.

209 *Petrus Civis Panormitanus, poſt quã commiſit furtum Panormi, ſciens Archiepiſcopum Panormitanum proceſſurum ad monitorium, ne citaretur, ſtudio aufugit ad Diœceſim Montis Regalis. An poſſit ibi ab Archiepiſcopo Panormitano citari?*

**P**Rima opinio affirmat, poſſe Epiſcopum per nuncium, aut litteras citare ſubditum, qui poſt patratum delictum ad aliam diœceſim aufugit, ita ut comparere debeat, & ſi ſit contumax, elapſo termino incurrat cenſuram. Layman, Boſſius, & alii apud Dianam *p.* 5. *tr. reſ.* 34. 1. quia citatio non eſt actus judicialis, ejus tamen executio per nuncium judicialis non eſt; ac proinde decretâ citatione in proprio territorio, executio nuncii fieri poteſt in alieno, 3. Quia Epiſcopus proprius per citationem ſui ſubditi in territorio alieno non lædit territorium alienum, quia nulla fit cauſæ cognitio in territorio alieno; nam vel delictum eſt ita publicum, ut nõ requirat cauſæ cognitionem; vel ſi requirit, citatio fit in territorio alieno, effectus verò citationis confertur in Diœceſi Epiſcopi citantis, 4. Quia certum eſt, quòd poſſit Epiſcopus excommunicare ſubditum in alieno territorio exiſtentem, pro delicto in proprio territorio commiſſo; igitur certum eſſe debet, quòd poſſit illum in alieno territorio citare; nam cenſura eſt invalida, ſi non præcedat monitio, ſeu citatio.

210 Reſp. Non poſſe Epiſcopum ſuum ſubditum in alieno territorio citare, niſi ubi adſit conſuetudo ibi citandi. Diana *citat.* Avila, Hunt. & alii nonnulli apud ipſum. Ratio eſt; quia Epiſcopus non poteſt exercere juriſdictionem in alieno territorio, *ex cap. final. de Conſt. cap. Epiſcopum 9. quaſt. 2.* ex Clem. I. *de foro competenti.* Citatio autem, ſive conſideretur, ut pronunciatur à judice in proprio territorio, ſive ut intimatur per nuncium, eſt actus judicialis, & uſus juriſdictionis, & dicitur fundamentum judicii. Ità Giurba cum aliis juriſconſultis *conſil. 89. n. 22. ex l. Cum Clericus, & alibi.* Hinc in Clementina Paſtoralis: *de ſent. & re judic.* decernit Pontifex judicem non poſſe aliquem in alieno territorio citare.

211. Ex his patet ſolutio ad 1. 2. & 3. *in oppoſitum.*

212 Ad 4. Certum quidem eſt, poſſe Epiſcopum excommunicare ſubditum in alieno territorio exiſtentem pro delicto in proprio territorio commiſſo. Hoc autem non impeditur per hoc, quòd non poſſit Epiſcopus eum in alieno territorio citare; quia poteſt requirere conſenſum Epiſcopi extranei, ut permittat citationem, per nuncium, aut litteras, vel ut ipſe per ſuos miniſtros notificet delinquenti monitorium à proprio Epiſcopo latum; quem conſenſum, ſicut denegare non poteſt circa ſubditum proprium, qui in alieno territorio delinquit: *ut in n.* 108. à fortiori negare non poteſt circa ſubditum alterius. Verum tamen eſt, quòd tali conſenſu injuſtè denegato, citatio ſit invalida.

Item ſuppetit alius modus citandi. Sufficit enim, ut ſubditus citetur in domo propria, quam in territorio habet, aut in loco publico ejuſdem territorii, dimiſſis, & affixis ibi monitorii copiis, quæ citatio ità ſubditum arctat, & afficit, ac ſi fuiſſet perſonaliter facta. Melphi *in pract. crim. ver.* [illegible] contumacis condemnatio. Cujus [illegible] mittur *ex Reg. juris, dolus & fraus nemini patrocinantur.* Alioquin liberum eſſet delinquentibus, Epiſcoporum poteſtatem contemnere, & ab eorum juriſdictione quoad delicti punitionem ſe eximere; nam Civis Panormitanus, qui poſtquam delictum Panormi commiſit, malitioſè aufugit ad Dioeceſim Montis Regalis, ne citaretur à proprio, à nullo Epiſcopo excommunicari poſſet, ſed ſolùm à Papa; non quidem ab Archiepiſcopo Montis Regalis, quia non eſt ejus ſubditus, nec ratione perſonæ, nec ratione delicti, neque ab Archiepiſcopo Panormitano, quia nullo modo poſſet ab iſto citari, adeòque poſſet liberè utrumque contemnere.

213 Dicendum eſt igitur, quòd poſſit Archiepiſcopus Panormitanus ſuum ſubditum, qui poſt delictum aufugit, uno ex [illegible] duobus modis citare, & eum contumacem validè excommunicare.

PETES.

214 *Quid dicendum de Superioribus Regularibus quoad ſuos ſubditos?*

RESp. Superiores Regulares poſſe ſuos ſubditos per monitorium citare, & cenſuris ligare, ubicumque ſcierint eos extra ſuum territorium reperiri, ſive deliquerint extra, ſive intra eorum territorium, ſed extra aufugerint. Villalobos *tom. 1. tr. 15.* [illegible] *n. 6.* Diana *p. 5 cit. reſ.* 34. Pellizar. [illegible] *9. cit. 3. n. 65.* Peyr. & alii innumeri apud ipſos.

215 Ratio eſt, quia Monachus, ubicumque eſt, ſemper eſt ſub juriſdictione Abbatis, quem vice Dei ſupra caput ſuum impoſuit, *ex c. ſtatuimus 19. q. 3. & c. ſi Religioſus de elect. in 6.* & licèt ſit extra clauſtrum, [illegible] tamen juris, cenſetur eſſe ſemper in [illegible]

...inoc. & Abbas, apud Pelliz *cit.* Unde Do...res concludunt, Superiores Regulares ...llum habere territorium, ſeu habere to...m mundum pro territorio, ac proinde poſ... ubique in ſuos ſubditos propriam juriſdi...onem exercere, eoſque fugitivos ubique ...ere, non implorato judicis ſæcularis, aut ...piſcopi brachio.

216 Hinc Pelliz. *cit. n.66.* habet *Magnam ...diſparitatem inter Epiſcopum, & Præla...m Regularem [ quod ſpectat ad præſentem ...teriam ] ſiquidem Epiſcopus habet imme...te juriſdictionem in territorium, & ratio... hujus in perſonas, quæ proinde non ſunt ei ...jectæ immediatè per ſe, ſed ſolùm ratione ...micilii, beneficii, aut officii, quod habent in ...a diœceſi: quod vel inde conſtet, quia ſi poſ... ſupradicta relinquere, etiam invito Epi...po, ſeque transferre ad aliam diœceſim, ſta...mque ac id fecerint, deſinunt ſubjici illi E...ſcopo: Prælatus verò Regularis immediatè ...bet juriſdictionem in perſonas Religioſorum ...bditorum, quæ proinde non finitur certis lo...rum limitibus [ ut finitur Epiſcopalis ] ſed ...lum terminatur certis perſonis, quæ ubi...mque ſint, eadem ratione ſubjiciuntur Præ...to Regulari, ab eoque poſſunt coerceri, ac ...niri, ſicut & filii à parentibus, uxor à ma...to, &c. Iique ratione poteſtatis dominativæ, ...am habent Prælati Regulares in ſuos ſub...tos Religioſos, non minus quàm parentes in filios, vir in uxorem, &c.*

## QUÆRES XXIV.

217 *An ſubditus Epiſcopi exiſtens in Mo...ſterio Regularium teneatur ſub cenſura ad revelandum ex vi monitorii à ſuo Epiſcopo ...lati?*

HAnc difficultatem tractant Tancr. *tom.* 3. *tr.* 4. *q.* 6. *num.* 5. & Diana *p.* 5. *tr.* 9. *reſ.* 57. ſed minori claritate, ac proinde diſtin...guendum puto.

218 Vel enim eſt ſermo de delicto commiſſo in loco exempto, vel extra locum exemptum.

Loquendo de delicto commiſſo in loco exempto, duæ ſunt opiniones.

219 Prima affirmat teneri ex vi monitorii ipſum furem ad reſtituendum, & ſcientem ad revelandum. Suarez, Ægidius, & Coninch. apud Tancr. & Dianam *cit.* quia Monaſterium Religioſorum eſt locus exemptus, ſed non facit territorium; & Hurt. *de cenſ. in com. diſp.* 8. *n.* 32. ait, nomine loci exempti, ubi delinquentes non poſſunt ab Epiſcopo ligari cenſuris, etiam à jure, ſive generali, ſive ſpeciali latis, venire Abbatias quaſdam, & Prioratus, minimè Monaſteria Religioſorum; quia ſoli Religioſi ſunt exempti ratione ſui, non locus Monaſterii.

220 Secunda negat teneri, & ligari cenſuris ab Epiſcopo latis. Henriquez, Rayn. Sà, Avila, & Præpoſitus apud Tancr. & Dianam *cit.* quia non ſolùm perſonæ, ſed etiam ipſa loca Regularium, uti Monaſteria, & Eccleſiæ, ſunt exempta à juriſdictione Epiſcopi, præter caſus à jure expreſſos, in quibus poſſunt Epiſcopi tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati procedere. Bord. *p.* 1. *reſ.* 7. *n.* 4. ex Nicolao V. *Et ſi cunctorum,* per hæc verba: *Quod licèt ipſi fratres, ipſorumque domus, & loca, per ſpeciale Sedis Apoſtolicæ privilegium ab omni juriſdictione, & ſuperioritate quorumcumque Ordinariorũ ſint exempti.* Locus autem à juriſdictione Epiſcopi exemptus, licèt ſit intra territorium Epiſcopi, eſt formaliter ab ejus juriſdictione exemptus; unde infert Tancr. *cit. n.* 6. eodem modo diſcurrendum eſſe in præſenti materia de cenſuris ab Epiſcopo latis, ſive à jure pro delictis futuris vitandis, ſive ab homine pro præteritis ſatisfaciendis. Qui proinde utramque opinionem probabilem putat, ſive interminis de ſubdito Epiſco-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pi exiſtente in loco exempto, ſive in Monaſterio Regularium; adeóque probabile putat, quòd non teneatur ſub cenſura ad reſtituendum, aut revelandum.

Pariter utramque opinionem probabilem putat Diana *cit.* quoad cenſuras pro delictis futuris ſtatuto generali, aut ſpeciali latis: vide Dianam & Tancr. *cit.*

Ita quoad 1. partem citati Doctores diſcurrunt.

221 Quoad 2. verò partem, loquendo videlicet de delicto commiſſo extra Monaſterium exemptum.

Reſpondeo, ſubditum Epiſcopi exiſtentem in Monaſterio Regularium teneri ex vi monitorii, & ſub cenſura, ſi eſt rem detinens ad reſtituendum, & ſi eſt ſciens ad revelandum.

Prima pars ſequitur ex dictis *q.* 21. *&* 23. Eædem namque rationes, quæ probant, ſubditum Epiſcopi, ſi poſt patratum ibi delictum ad aliud territorium ſe tranſtulit, etiam animo ibi habitandi, teneri ſub cenſura lato monitorio parere; à fortiori idem probant de ejus ſubdito exiſtente in Monaſterio Regularium; fortiori, inquam, quia hic eſt ſubditus Epiſcopi, tam ratione delicti, quàm ratione perſonæ, & exiſtit intra ejus territorium.

Secunda pars ſequitur ex prima; quia acceſſorium ſequitur principale.

222 Nomine autem delicti intra, aut extra Monaſterium commiſſi, de quo eſt ſermo, non venit non reſtitutio, aut non revelatio, ut minùs rectè putat quidem; ſed delictum illud, unde oritur onus ſatisfactionis, reſtitutionis videlicet, aut revelationis, ob quod jam patratum, etiam non ſubditus fit ſubditus, & ob quod monitorium fertur ad ſatisfactionem habendam.

QUÆRES XXV.

223 *An Epiſcopus exiſtens in Diœceſi alterius poſſit monitorium ſub cenſura ferre contra ſuum ſubditum?*

RESP. non poſſe, nec in diœceſi aliena, nec in Monaſterio, ſeu loco exempto, ſi requiratur cauſæ cognitio. Diana *cit.* 35. Tancr. *cit. num.* 2. *ex cap. Epiſcopus, q.* 2. *& ex cap. novit.* de Officio delegati habetur, quòd juriſdictio contentioſa, qualis eſt ad excommunicandum, exerceri non poteſt in territorio alieno; & judex extra ſuum territorium habetur, ut perſona privata, & non poteſt Tribunal erigere, *ex cap. Romanum* 2. *q.* 3.

224 Idem dico eſſe verum, etiam ſi delictum ſit ita publicum, ut non requiratur cauſæ cognitio. Præpoſitus apud Dianam *cit.* contra Avilam, & Cornejo; quia ferre cenſuras eſt actus juriſdictionis contentioſæ, unde recurrunt motiva primæ aſſertionis.

QUÆRES XXVI.

225 *An, ſi Epiſcopus in diœceſi aliena habeat locum exemptum ab eo, & ſibi ſubjectum, poſſit in eo contra ſuos ſubditos monitorium ferre?*

RESP. poſſe. Tancr. *cit. q.* 6. *n.* 1. quia locus ille, licèt ſit in diœceſi alterius Epiſcopi, non eſt tamen ſub juriſdictione illius, ſed ſui; ideóque non cenſetur eſſe in territorio alterius, ſed proprii Epiſcopi. Rota Rom. *deciſ.* 55. 18. Maji 1611. ac proinde poteſt Epiſcopus in eo loco in diœceſi alterius ſito monitorium ferre, etiam cum cauſæ cognitione, cui obedire tenentur ſubditi, tam in dicto loco exiſtentes, quàm in propria diœceſi.

# PARS SECUNDA

## De Denuntiationibus faciendis ad Edicta Inquiſitorum.

### CAPUT I.

*Refertur Edictum Univ. Inquiſitionis Romanæ.*

115 NOi, &c, *Per la miſericordia di Dio della S. Chieſa Romana Cardinali, in tutta la Republica Chriſtiana contro l'heretica pravità Generali Inquiſitori, dalla Santa Sede Apoſtolica ſpecialmente Deputati.*

Eſſendo à Noi per la continua eſperienza manifeſto, che molti per malitiam, altri per inobedienza, & altri per ignoranza non ſodisfanno all'obligo, che hanno di denuntiare al Sant'Offizio li delitti ſpettanti ad eſſo, e che per ciò ſuccedono grandiſſimi inconvenienti, & errori, non ſolamente contro i buoni e Criſtiani conſtumi, mà ancora contro la Fede Cattolica. Noi per tanto, a' quali ſpecialmente deve eſſere à cuore la gloria di Dio, la conſervatione, & augumento della Fede Cattolica, e la ſalute dell'anime; volendo provedere à tanto diſordine, con autorità Apoſtolica à noi commeſſa, comandiamo in virtù di ſanta obedienza, e ſotto pena di ſcommunica di lata ſentenza, oltre l'altre pene preſcritte da' Sacri Canoni, Decreti, Conſtitutioni, e Bolle de' Sommi Pontefici, per tenore del preſente Editto à tutte, e ciaſcuna perſona di qualunque ſtato, grado, e conditione, ò dignità, coſi Eccleſiaſtica, come ſecolare, che frà il termine di un meſe, dieci de' quali per il primo, dieci per il ſecondo, & dieci per il terzo termine peremptorio, ſi debbono rivelare, e giuridicamente notificare al S.Offizio, ò vero à gli Ordinari, tutti, e ciaſcuno di quelli, de' quali ſappiano, ò habbiano havuto, ò haveranno notitia.

Che ſiano Eretici, ò ſoſpetti, ò diffamati di ereſia, ò credenti, ò fautori, ò ricettatori, ò defenſori loro, ò habbian adherito, ò adheriſcano a' Riti de' Giudei, ò Maumettani, ò de' Gentili, ò habbiano apoſtatato dalla Santa Fede Chriſtiana.

Che habbiano fatti, ò facciano atti, da' quali ſi poſſa argomentare patto eſpreſſo, ò tacito col Demonio, eſercitando incanti, magie, ſortilegii, porgendoli ſuffumigii, incenſi, per trovar teſori, & altri intenti, chiedendo da lui riſpoſte, & invocandolo, & à queſt' effetto promettergli obedienza, & conſacrargli pentacoli, libri, ſpade, ſpecchi, ò altre coſe, nelle quali intervenga il nome, & opera ſua.

Che ſi ſiano ingeriti, ò ingeriſcano in far eſperimenti di Negromantia, e di qualſiſia altra ſorte di Magia, con entrare ne' circoli, far l'eſperimento della Caraffa, del Crivello, per trovar i medeſimi teſori, co ſe naſcoſte, rubbate, ò perdute, e fare altre ſimili, e ſuperſtitioſe attioni ad altri fini, maſſime con abuſo de' Sagramenti, ò di coſe ſagre, ò benedette.

Che ſenza licenza dovuta ritenghino ſcritti, che contenghino Ereſie, ò libri d'Eretici, che trattino ex profeſſo di Religione, ò che gli habbino letti, ò tenuti, ò ſtampati, ò

fatti ſtampare, ò li leggano, tengano, ſtampano, fanno ſtampare, introducano, ò difendano, ſotto qualſivoglia preteſto, ò colore.

Che habbiano libri di Negromantia, Magia, ò continenti incanteſimi, ſortilegii, e ſimili ſuperſtitioni, maſſime con abuſo di coſe ſagre.

Che contro il voto ſolenne fatto nella Profeſſione in qualſivoglia Religione approvata, ò dopo haver preſo l'Ordine ſagro, habbia contratto, ò contraha Matrimonio.

Che vivendo la prima moglie, pigli la ſeconda, ò vivendo il primo marito, pigli il ſecondo.

Che contro i Decreti, e Conſtitutioni Apoſtoliche, habbino abuſato, ò abuſino il Sagramento della Penitenza, ſervendoſi della Confeſſione e Confeſſionario à fini dishoneſti, ſollecitando in eſſi i penitenti ad turpia; & havendo con eſſi diſcorſi di coſe illecite, e non convenienti al fine, per il quale è ſtato inſtituito.

Che habbiano proferito, ò proferiſcano beſtemmie ereticali contro Dio, la Beatiſſima Vergine, e Santi, ò procedino à qualche atto di offeſa, e diſprezzo contro L'Imagine, ò figure rappreſentanti il medeſimo.

Che habbiano tenute, ò tenghino occulte conventicole, ò radunanze in pregiuditio, diſprezzo, ò contra la Religione.

Che habbia indotto qualche Criſtiano ad abbracciare il Giudaiſmo, altra Setta contraria alla Fede Cattolica, ò impeditio i Giudei, ò Turchi à battezzarſi.

Che non eſſendo ordinati Sacerdoti, s'habbiano con ſacrilego ardire uſurpato, ò ſi uſurpino di celebrar Meſſa, ancorche non habbiano proferito le parole della conſecratione, ò habbiano preſonto di miniſtrare il Sacramento della Penitenza a' Fedeli di Criſto, anchorche non ſi ſia venuto all'atto d'aſſolutione.

In oltre ſi dichiara, che quelli, i quali ſi denunciaranno, come ſi ordina col preſente Editto, non poſſono eſſere da alcuno moleſtati, ſe non dal S. Offizio, dopo che haveranno in eſſo giuridicamente rivelato li delinquenti, al che non poſſono ſodisfare con bollettini, ò lettere, ſenza nome, e cognome dell'Autore, ò altri modi incerti, de' quali non ſi tiene conto alcuno nel Santo Tribunale.

Si dichiara anche, che con la ſudetta eſpreſſione de' caſi di ſopra da noi ſpecificati da revelarſi, non ſi eſcludano gli altri caſi ſpettanti al Santo Offizio, che per altro ſono compreſi ne i Sacri Canoni, Conſtitutioni, e Bolle de' Sommi Pontifici; nè meno col preſente Editto s'intenda derogato all'altre proviſioni Canoniche, Apoſtoliche, & à gl'Editti degli Ordinarii, & Inquiſitori.

Et à fine, che del preſente Editto non ſi poſſa pretendere ignoranza, comandiamo che ſia affiſo per i luoghi ſoliti di Roma, ſi notifichi alli Veſcovi delle Città vicine à Roma, nelle quali non ſon Inquiſitori, acciò lo publichino, & ordinino, che li Parochi delle loro Dioceſi lo leghino ogn'anno la prima Domenica dell'Advento, e la prima Domenica di Quareſima; il che parimente vogliamo, che ſi facci dalli Parochi, e Regolari di Romano nele loro Chieſe, in tempo che ſi troverà in eſſe congregato il popolo, e poi farne attaccare alle porte delle loro Chieſe, e Sagriſtie di eſſe un'eſemplare del medemo, per oſſervare quanto in eſſo ſi contiene.

Dal Pallazzo del Sant'Offizio queſto dì Marzo 1677.

Loco † Sigilli.

Franciſcus Riccardus S. Romanae
Univerſalis Inquiſitionis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## CAPUT II.

*Aſſertur Edictum DD. Inquiſitorum Regni Siciliæ.*

127 *NOi l'Inquiſitori contra l'heretica parvità, & Apoſtaſia in queſto Regno di Sicilia, & Iſole coadjacenti, per l'autorità Apoſtolica, e Regia deputati, &c. A tutti, e ciaſcuna in particulare delle perſone Cittadine, ſtanti, e reſidenti in queſta Città di N. & in tutte le Città, Terre, e luoghi di queſto Regno, di qualſivoglia ſtato, conditione, preeminenza, ò dignità, eſenti, ò non eſenti, à caſcheduno, ò qualſivoglia di voi, alla cui notitia verrà il Contenuto in queſte noſtre lettere, in qualſivoglia modo ſi ſia, ſalute nel Signor N. Gieſù Criſto, &c. E defatto ſpediamo il preſente noſtro Editto per voi, e ciaſcun di voi, accio ſe ſaprete, ò intenderete, ò haverete veduto, ò inteſo dire, che alcuna, ò alcune perſone vive preſenti, à eſſenti, ò defonte, habbiano fatto, ò tetto; creduto, ò affermato alcune opinioni, ò parole heretiche, ſoſpette, erronee, temrarie, malſonanti, ſcandaloſe, ò biaſphemie hereticali contra Dio noſtro Signore, e ſua Santa Fede Cattolica, e contra ciò, contiene, predica, & inſegna la noſtra S. Madre Chieſa Cattolica Romana, lo dica, e manifeſti innanzi noi.*

### LEGGE DI MOISE.

128 Cioe ſe ſapete, ò havette inteſo dire, che alcuna, ò alcune perſone habbiano guardato alcuni Sabbati per honore, riverenza, & oſſervanza della legge di Moiſe, veſtendoſi in quelli camiſcie nette, e le veſti migliori, e di feſta, mettendo in tavola, e nel letto lenzuola, e tovaglie nette per honore del detto Sabbato, non accendendo fuoco, nè facendo alcun'altra coſa in quel giorno, guardandoli dal Venerdì la ſera. O che habbiano purgato, ò diſſevato la carne, che hanno à mangiare, mettolenda nell'acqua per cavarle il ſangue, ò che gabbiano levato i pulci dalla coſſa del Caſtrato, ò di qualſivoglia altro animale, ò che habbiano ſcannato animali, galline, ò altra ſorte di pollame at traverſate, dicendo, Benedetto ſia il Signore, che ci raccomandò lo ſcannarli, provando prima il cortello ſopra l'ungie, per vedere ſe ſia azzannato, cuoprendo il ſangue con terra; ò che habbiano mangiato carne nella Quadrageſima, & altri giorni prohibiti dalla S. Madre Chieſa, ſenza havere neceſſita di farlo, tenendo, e credendo, che la poteano mangiare ſenza peccato; ò che habbino digiunato col digiuno maggiore, che chiamano del perdono, andando quel giorno ſcalze; ò ſe diceſſero orationi di Giudei, e nella notte domandaſſero perdono gli uni all'altri, ponendo li Patri alli Figli la mano ſopra la teſta, ſenza farli la Croce, ne dire coſa alcuna; ò dicendo, Da Dio, e da me ſiate benedetti, conforme diſpone la legge di Moisè, e ſue ceremonie, ò ſe digiunaſſero col digiuno della Regina Heſter, e del Rebeaſſo, che chiamano del perdimento della Caſa Santa, ò altri digiuni de Giudei tra la ſettimana, come il Lunedì ò Giovedì, non mangiando in detti giorni ſino alla notte, uſcita la Stella, e non mangiando carne in quelle notti, e levandoſi un giorno innanzi i detti digiuni, tagliandoſi l'ungie, e le punte delli capelli, alzandoli; ò burgiandoli, dicendo orationi Giudache, alzando, e chinando la teſta, voltata la faccia al muro, lavandoſi prima la mano con acqua, e terra, veſtendoſi veſtimenti di ſargia, ſtamigna, ò tela, con certe cordelle, ò corriggie, pendenti delli capi, con certi gruppi. O celebraſſero la Paſqua del pane azimo, cioè ſenza levito, comminciando à mangiare latuche, accie, ò alter herbe amare in tale giorno, ò che guardaſſero la Paſqua, ch'eſſi



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

chiamano delle gratticelle, ponendo rami verdi, ò apparati, mangiando, e ricevendo colatione, dandola l'una all'altra. O la feſta delle candelle, accendendole d'una in una ſino à dieci; e doppo ſmorciandole, dicendo orationi Giudaiche in tali giorni. O ſe benediceſſero la menſa ſecondo il coſtume de' Giudei, ò bevendo vino Caſer, ò ſi tagliaſſero la barba pigliandolo il vaſo del vino nella mano, dicendo certe parole ſopra quella, dandone à bere un poco à ciaſcuno; ſe mangiaſſero carne d'animale ſcannato de mano di Giudei, ò mangiaſſero alla menſa con quelli, e delle ſue vivande: ò ſe diceſſore i ſalmi di David ſenza il Gloria Patri; ò ſe ſpettaſſero il Meſſia ò diceſſero, che il Meſſia promeſſo nella legge non fuſſe venuto, e che fuſſe per venire, aſpettandolo, acciò li liberaſſe dalla cattività, nella quale dicevano, che ſtavano, e li conduceſſe al paeſe della Terra di promiſſione; ò ſe alcuna donna ſtaſſe quaranta giorni doppo il parto ſenza entrare nella Chieſa per cerimonia della legge di Moisè; ò nato il figliolo lo circuncideſſero, ò gli metteſſero nome di Giudeo, ò ſe li faceſſero radere per levargli l'oglio Santo, ò lavandoli, battezati che ſono, dove ſi pone l'oglio Santo, ò chriſma, ò nella ſettima notte del naſcimento della creatura pigliaſſero un bacile con acqua, & ivi ponendo oro, argento, perle minute, frumento, orgio, & altre coſe levaſſero il figliolo in detta acqua, dicendo, così ſii felice nelli beni di queſto Mondo, came ſtà queſto bacile. O haveſſero fatto fattucchiarie à ſuoi figli, ò ſe alcune ſono maritate al modo Giudaico, ò ſe faceſſero il Roaya, ch'è quando una perſona ſi parte per camino; ſe portaſſero Domine Giudaiche, ò ſe nel tempo, che impaſtano; pigliaſſero un poco detta paſta, e la bruggiaſſero per ſacrifizio. O quando ſtà alcuna perſona in articulo di morte, la voltaſſero verſo il muro per morire, e morta la lavaſſero con acqua calde, radendole la barba, e ſotto le braccia, & altre parti del corpo, involgendola in tela nuova con calzoni, camiſcia, e tovaglia piegata di ſopra, mettendole ſotto la teſta un coſcino con terra vergine, ò nella bocca moneta, ò per le minute, ò altra coſa; ò la piangeſſero come lamentatrici; ò vuotaſſero l'acqua delle quartare, e giarre nella caſa del defonto, ò nell'altre del vicinato per cerimonie Giudaiche, dicendo, che in quell'acqua s'hà da bagnare l'anima del defonto, mangiando in terra dietro le porte peſci, olive, e non carne per dolore, e ſentimento del defonto, non uſcendo di caſa per un anno in oſſervanza della legge. O ſe le ſepelliſſero in terra vergine, ò in ſepoltura de' Giudei; ò ſe alcune hanno ritornato al Giudaiſmo, ò hanno detto, che la lege di Moisè è così buona, come quella del Redentore Noſtro Gesù Criſto.

## SETTA DI MAHOMETTO.

229 Item ſe ſapeſſero, ò haveſſero inteſo dire, che alcune perſone habbino detto, & affermato, che la ſetta di Mahometto è buona, e che non ve ne è altra per entrar in Paradiſo, e che Gieſù Criſto non è Dio, ſe non Profeta, e che non ſia rimaſta Noſtra Donna eſſendo Vergine avanti il parto, nel parto, e doppo il parto, e che habbino fatto alcuni riti, e ceremonie della ſetta di Maometto per riverenza, & oſſervanza di quella, cioè ſe haveſſero guardato il Venerdì per feſta, mangiando carne in quelli, ò in altri giorni prohibiti dalla Santa Madre Chieſa, dicendo, che non è peccato, veſtendoſi il detto Venerdì camicie nette, ed altre veſti di feſta, ò che habbino ſcannato galline, ò altra ſorte di pollame, attacandole li piedi, e traverſando il coltello, laſciando la mano

ſa, voltandole la faccia verſo l'Aquilba, che è verſo l'Oriente, dicendo: Beſmil-làhh; che non mangiaſſero neſſuna pollame, che non ſia ſcannata, ne ſcannata di mano di femina, per eſſerli prohibito nella ſetta di Mahometto; ò che habbiano battezzato li ſuoi figli, mettendoli nome di mori. O che habbiano detto, che non vi è altro, che Dio, e Mahometto ſuo meſſaggiere, ò che habbiano giurato per l'Aquilba, ò detto: Halaymincu-che vuole dire per tutti li giuramenti. O che habbiano digiunato col digiuno del Ramadan, guardando la ſua Paſqua, dando in quella elemoſina alli poveri, non mangiando, ne bevendo in tutto il giorno, inſino alla notte uſcita la ſtella, mangiando carne ò pollo, che vogliono, ò che habbiano fatto il Zahor, levandoſi la matina à mangiare innanzi giorno; e doppo d'havere mangiato, lavatoſi la bocca, tornare a letto; ò che habbiano fatto il Guadò, e lavandoſi le braccia dalla mano al gomito, faccia, bocca, naſo, orecchie, gambe. O che habbiano fatto doppo il Zalla, voltando la faccia verſo l'Aquilba, ponendoſi ſopra una caſſina, ò tappeto, alzando, e calando la teſta, dicendo dette parole in Arabico, dicendo l'oratione di landulaley, e colhuala, guach, ed rationi de' Mori, e che non mangiano carne ſalata, ne bevono vino, tutto per honore, ed oſſervanza della ſetta de' Mori. O che habbiano guardato la Paſqua del Caſtrato, ed innanzi di haverlo ammazzato fatto prima il guardoe. O ſe alcuni s'hanno maritato ſecondo il rito, e conſtume de' Mori, e che habbiano cantato canzoni de Mori, fatto zambre, ò leyle con inſtrumenti prohibiti; ò ſe alcuno haveſſe guardato li cinque comandamenti di Mahometto; ò che habbia meſſo alle, ò à ſuoi figli, ò ad altre perſone hance, che è una mano in commemoratione delli detti cinque comandamenti. O che habbiano lavato li defonti, involtandoli con tela nuova, ſeppelendoli in terra vergine, in ſepolture vacanti, ponendoli di fianco una pietra al capezzale, mettendoli nella ſepoltura rame verdi, miele, latte, ed altre vivande, dicendone, che l'anima del de fonto mangierà di quelle; ò che habbiano chiamaro, ò invocato à Mahometto nelli loro biſogni, dicendo, che è profera, e meſſaggiere di Dio, e che il primo Tempio di Dio fù la caſa di Mecca, dove dicono, che ſia ſepolto Mahometto. O che habbiano detto, che non ſi battezzarono con le ceremonie di noſtra Santa Fede Catholica. O che habbiano detto, che habbiano una ſanta gloria li ſuoi padri, ò avi, che morirono Mori, ò Giudei; che il Moro ſi ſalva nella ſua ſetta, ed il Giudeo nella ſua legge. O che habbiano fatto, ò detto altre coſe, e ceremonie de' Mori. O ſe alcuno hà paſſato in Barbaria, e rinegato la noſtra Santa Fede Catholica, ò ad altre parti, e luoghi fuori di queſto Regno à farſi Giudeo, ò Moro, ò Luterano, ò ſeguire altra ſetta riprovata, laſciando la noſtra S. Fede Catholica, e quello, che tiene, e crede la Santa Madre Chieſa Catholica Romana.

## SETTA DI LUTERO.

230 ITem ſe ſapeſſero, ò haveſſero inteſo dire, che alcuna, ò alcune perſone habbiano detto, tenuto, creduto, che la falſa, e dannata ſetta di Martino Lutero, e ſuoi ſeguaci, ò altri heretici, è buona; ò habbiano creduto, ed approvato alcune opinioni loro, dicendo, che non è neceſſario forſi la Confeſſione alli Sacerdoti, che baſta confeſſarſi à Dio ſolo, e che nè il Papa, nè ni Sacerdoti hanno poteſtà d'aſſolve li peccati, e che nell'hoſtia conſacrata non vi è il vero Corpo di Noſtro Signore Gieſù Criſto. E che non è neceſſario pregare li Sāti, e che nō vi devono eſſere imagini

gini

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gni nella Chieſa, e che non vi è Purgatorio, e che non è biſogno pregare per li Defonti, e che l'opere non ſono neceſſarie, che baſta la Fede co'l Batteſimo per ſalvarſi, mediante la paſſione di Noſtro Signor Gieſù Criſto, che ſodisfece per tutti; e che qualſivoglia può confeſſare, e communicare ogn'uno ſub utraque ſpecie di pane, e di vino. E che il Papa non hà poteſtà per Indulgenze, Bolle, e Giubilei, e che li Preti, Frati, e Monachi ſi poſſono maritare. O che habbiano detto male delli Frati, e Religioſi, dicendo, che non vi devono eſſere Frati, ne Monache nelli Monaſterii, levando le ceremonie della Religione. O che habbianno detto, che Noſtro Signor Dio non ordinò, nè inſtituì le Religioni, che è meglio, e più perfetto ſtato quello di maritati, che quello della Religione delli Preti, e Frati. E che non vi ſiano feſte, ſe non che le Domeniche, e che non è peccato mangiar carne il Venerdì, la Quareſima, e le Vigilie, perche non ci è giorno neſſuno prohibito. O che habbianno tenuto, ò creduto alcuna, ò alcune altre opinioni di detto Martino Lutero, e ſuoi ſeguaci, ed altri heretici, ò dell'illuminati, ò laſciati, ò ſe hano andato fuori di queſto Regno à farſi Lutterani.

SETTA DELL'ILLUMINATI.

321 ITem ſe ſanno, ò hanno inteſo dire, che alcuna, ò alcune perſone vive, ò defonte habbiano detto, ed affermato, che la Setta, che chiamano dell'Illuminati, ò Laſſati, è buona; ſpecialmente, che habbiano detto, che l'oratione mentale ſtà in precetto divino, e che con quella ſi ſodisfà, e compiſce à tutto il reſto; e che l'oratione è ſacramento ſotto minimo accidente, e che l'oratione mentale è quella, che tiene queſto valore, e che l'oratione vocale è di poca importanza; e che li ſervi di Dio non hanno da travagliare, nè occuparſi in eſercitii corporali, e che non ſi hà da obedire à Prelati, nè Papi, ò Superiori in quanto comanderanno coſa, che impediſca l'hore dell'oratione mentale e contemplatione; e che dicono parole, che moſtrino malo ſentimento del Sacramento del Matrimonio. E che neſſuno può ſeguire il ſegreto della virtù, ſe non ſarà diſcepolo delli Maeſtri, che inſegnano la mala dottrina; nè meno ſi può ſalvar ſenza l'oratione, che fanno, & inſegnano li detti Maeſtri, e non ſi confeſſando con quelli generalmente: e che certi ardori, e tremori, dolori, e ſvenimenti, che patiſcono, ſono inditii dell'amore di Dio; e che di queſti ſegni ſi conoſce, che ſtanno in gratia, e hanno lo Spirito Santo; e che li perfetti non hanno biſogno di far opere virtuoſe, e che ſi può vedere, e ſi vede in queſta vita l'eſſenza Divina, e li Miſterii della Santiſſima Trinità, quando arrivano à certo punto di perfettione; & arrivati che ſono, non poſſono vedere imagini, nè Santi, nè ſentir le prediche e parole di Dio, e che lo Spirito Santo immediatamente governa quelli, che vivono in queſto modo; e che ſolamente ſi hà da ſeguire il ſuo moto, & inſpiratione interiore, per fare ò laſciar di fare qualſivoglia coſa. E che li Maeſtri di detta Setta conſegliano, e comandano generalmente à tutti i loro Diſcepoli, che faccino voto di non ſi maritare; e che tagliano i capelli di ſopra la fronte, perſuadendoli, che non entrino in Religione, dicendo male di quella. E ſe ſanno, che alcune perſone, al tempo, che ricevono il Santiſſimo Sacramento, pigliano molte particole inſieme, dicendo, che ricevono più gratia, e guſto. O che habbiano detto, & affermato, che con pane, e brodo ſi poſſono communicare. O che alcune perſone habbiano comandando ad altri obedienza, & havendoli conceſſo, dettole, che non faccino bene

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

..., ancorche ſia opera di precetto, pia, e ...moſa, ſenza loro licenza, e comandamen... O che habbiano inſegnato la detta ſetta, ...perverſa dottrina, ò parte di quella ad al...ne perſone, raccomandole il ſegretto, e ...endole molte promeſſe, e dicendo, che ...ſtiano, guſtaria, no, ſentiriano coſe mira...biliſe, O che habbiano inteſo dire, che li ...vi di Dio hanno da dare ſplendore al ...ondo campando fuor di Religione; e che ...mo può eſſer virtuoſo, ſe non farà, & oſ...ſervarà la vita, ceremonie, & eſercitii, che ...ſopradetti illuminati uſano, & oſſervano. O che al tempo dell'elevatione del Santiſſi...mo Sacramento dell'Altare hanno da chiu...der gl'occhi per rito, e ceremonia loro ne...ceſſaria.

## DIVERSE HERESIE.

232 Item ſe ſanno, ò hanno inteſo dire alcune hereſie, ſpecialmente non vi ...Paradiſo, e gloria per li buoni, e Inferno ...per li mali, e che non vi è altro, che naſcere, e ...morire, e che habbiano detto, che l'anima ...dell'huomo non è altro, che un fiato; e che il ...angue è l'anima; dicendo, deſidero, che in ...queſto Mondo, tu non mi vedi paſſarla male, ...che nell'altro non mi vederai penare. E chi ...ne venne dell'altro Mondo col naſo taglia...to ſentendo male del Giudicio finale. O che ...habbiano detto alcune blaſfemie hereticali, ...come ſono: Non credo, diſcredo, rinego, con...tro Dio Noſtro Signore, e contro la Vergini...tà, purità, e limpidezza di Noſtra Donna la Vergine MARIA, ò contro li Santi, e Sante ...del Cielo. O che tengano, & habbiano tenu...to Demonii familiari, invocandoli, e fatto ...circoli, dimnandandoli alcune coſe, & aſpet...tando riſpoſta dil oro. O ſiano ſtate donne di ...ſtra, così maſcoli, come femine; ò habbiano ...tenuto patto, ò tacito, ò eſpreſſo con il De...monio, meſcolando in queſte coſe ſacra con profane, attribuendo alla creatura quello, che è ſolo del creatore, e altre magarie, e maleficii. O che alcuno, eſſendo Prete ò d'ordine Sacro, ò Frate profeſſo, habbia preſo moglie. O che non eſſendo ordinato legitimamente d'ordine Sacerdotale, habbia detto Meſſa, ò amminiſtrato alcuno delli Sacramenti Noſtra Santa Madre Chieſa. O ſe alcuna perſona ſi hà maritato due volte, ò più volte, tenendo la ſua prima moglie, ò marito vive; ò che qualſivoglia Confeſſore, tanto Secolare, come Regolare di quaſivoglia ſtato, e conditione, così nell'atto della Confeſſione, ò proſſimamente à quello, come ſotto preteſto di Gonfeſſione, ancorche non ſeguita, ò ſenza occaſione p'eſſa, ma nel Confeſſionario, ò in ogn'altro luogo eletto per aſcoltar la Confeſſione, ſimulando di Confeſſarſi, provochi & induca qualſivoglia perſona con fatti, ò con parole ad atti turpi, e dishoneſti, tanto tra di loco, quanto con altri. Per toccar come tocca il conaſcimento, e caſtigio di queſti delitti di ſollecitatione privatemente à queſto Tribunale del Sant Officio, & à gli altri dell'Inquiſitione delli Regni, e Signorie di S. Maeſtà Cattolica, che ſtanno ſubordinati all'Illuſtriſs. Signor Inquiſitor Generale di Spagna, in vittù di nuova dichiaratione della Santa Sede Apoſtolica fatta doppo della conceſſione del Breve della Santità di Gregorio XV.

233 Item ſe ſanno, che alcuno habbia detto, ò affermato, che la ſemplice fornicatione, cioè tener'acceſſo carnale con donne, ancorche ſiano libere, publiche, & eſpoſte al torpe guadagno, in qualſivoglia modo, che ſia, fuor del Sacramento del Matrimonio, non ſia peccato mortale, eſſendo hereſia dannata, e contra quello, che tiene, & inſegna la noſtra Sante Madre Chieſa Cattolica Romana; e che dare ad uſura, e ſpergiurare non è peccato, e che è meglio ſtare in-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

garzato, che maritato. O che habbiano fatto vituperii, e mali trattamenti all'Imagini de' Santi, ò Croci, ò che alcuno non habbia creduto nell'articuli della Fede, ò habbia dubitato d'alcuno di quelli, ò habbia ſtato un'anno, ò più tempo ſcommunicato, & habbiano diſprezzato, e tenuto in poco conto le cenſure della Santa Madre Chieſa, dicendo, ò facendo coſa contro di quelle: e ſe ſanno, ò hanno inteſo dire, che alcuna, ò alcune perſone ſotto colore d'Aſtrologia, ò per le Stelle, Planeta, e ſuoi aſpetti, ò per li ſegni, ò linee della mano, ò per altera qualſivoglia arte, ſcienza, ò facoltà dicino, che ſanno annunciare le coſe da venire, dependenti dalla libertà, e libero arbitrio dell'huomo, ò li caſi fortuiti, che hanno da ſuccedere, & hanno ſucceſſo, e fatto, nelle coſe paſſate, occulte, e libere, dicendo, & affermando, ò dando ad intendere, che vi ſono regole, arte, ò ſcienza, per poter ſapere ſimili coſe, ò che le vanno à dimandare, e conferire, aſſendo tutto queſto per li tali effetti falſo, vano, e ſuperſtitioſo, in gran danno, e perturbatione della noſtra Religione Criſtiana.

## L I B R I.

Item ſe ſanno, ò hanno inteſo dire, che alcune perſone habbiano tenuto, ò tengono alcuni Libri della ſetta, & opinione del detto Martin Lutero, ò altri Heredici, ò l'Alcorano, ò altri libri della Setta di Mahometto, ò Biblie in volgare, Libri Nigromantia, Aſtrologia, e Chiromantia, ò altri qualſivoglia delli reprovati, e prohibiti per le cenſure, ò Catalogi del Santo Officio dell' Inquiſitione.

235 Item vi ſi commanda, che fra termino di giorni quindeci proſſimi venturi dobbiate portare all'eſpurgatore de' Libri di queſto Santo Officio, che ſarà in queſta Città, ò altra parte vicina di eſſa, li libri, ò tutti li libri, che haverete ſin'hora, che non ſi ſiano corretti, notando in eſſi il nome dell'Autore, l'anno, e dove ſono ſtampati, e la materia, che trattano, ſottoſcrivendo ogn'uno la ſua liſta. Dichiarando, che di quelli libri, che una volta haverete dati à detto eſpurgatore, ò altro qualſivoglia di queſto Santo Officio, e ſarano per eſſo qualſivoglia d'eſſi corretti, non l'haverete da dar di nuovo, ſe non di quelli, che dopo vi ſopraverranno, e capiteranno, avvertendo, che ſe non ſi farà così, ſi procederà contro li tranſgreſſori, come ſarà di giuſtitia.

236 Item ſe ſanno, che alcune perſone non complendo con quello, che ſono obligati, hanno laſſato di dire, e manifeſtare le coſe ſanno, e hanno inteſo dire, e han detto e perſuaſo ad altre perſonne, che non le manifeſtaſſero. O che habbiano ſubornato teſtimonii per riprovar falſamente quelli, che hanno teſtificato nel Santo Officio, ò che alcune perſone habbiano giurato, e fatto teſtimonianza falſamente contro altri, per farli male, e danno nel S. Officio dell'Inquiſitione, e macchiare l'honnore di quelli. O che habbiano naſcoſo, e ricettato alcuni heretici, e datoli favore, & ajuto, occultandoli così le perſonne, come li loro beni, e roba. O che habbiano poſto impedimento per ſe, ò per altri al libero, e retto eſercitio del Santo Officio dell'inquiſitione, Officiali, e Miniſtri di quello. O che quelli, che ſono ſtati reconciliati, e penitentiati dal Santo Officio, non hanno oſſervato, nè compito le carceri, nè penitenze, che li furono impoſte. O ſe hanno laſciato di portar publicamente l'habitello di reconciliatione ſopra li veſtimenti, e che alcuni reconciliati, e penitentiati hanno detto, che le coſe, che

falſamente

feſſarono nel S. Offizio, così di ſe, come d'altre perſone, non furono vere: nè l'haveuano dette, nè commeſſe, e che le diſſero per timore, ò per altri riſpetti. O che habbiano rivelato il ſecreto, che li fù impoſto nel Santo Offizio. O che alcuno habbia detto, che li relaſſati per il Santo Offizio furono condennati ſenza colpa, e che morirono martiri, ò che alcuni, che ſono ſtati reconciliati, ò figli, ò nepoti de'condennati per il delitto, e crimen d'hereſia, habbiano uſato, ò uſino Officii publici d'amminiſtratione di giuſtitia, e d'honore, che li ſono prohibiti de iure commune, leggi, e Pram matiche di queſto Regno, & inſtitutioni del Santo Officio. O che s'habiano fatto Preti, che tengano alcuna dignita Eccleſiaſtica, ò ſecolare, ò ſegno di quella, ò habbiano portato coſe prohibite.

237 PEr tanto per il tenor del preſente amoniamo, eſſortiamo, e richiediamo, & in virtù di Santa Obedienza, e ſotto pena di ſcommunica latæ ſententiæ, trina Canonica monitione præmiſſa, comandiamo à tutti, & à ciaſcuno di voi, che ſe ſaperà, ò haverà fatto, viſto, ò inteſo dire, che alcuna perſona habbia fatta, detta, tenuta, e affermata alcuna delle ſopradette coſe già dichiarate, ò altra qualſivoglia, che ſia contro la noſtra Santa Fede Catholica, e quel, che tiene, predica, & inſegna la Noſtra Santa Madre Chieſa Romana, così de'vivi preſenti, ò abſenti, come de'defonti, ſenza trattarlo, nè communicarlo con perſona alcuna [perche così conviene] habbiate da venire perſonalmente, e comparire innanzi di noi per dirlo, e manifeſtarlo fra termine di giorni sei primi ſeguenti, doppo che queſte noſtre lettere ſaranno lette, & publicate, ò di quelle haverete notitia in qualſivoglia modo, che ſia, con totto ſecreto poſſibile, & per il miglior modo, che vi parerà, & all'hora, che lo manifeſtarete, e rivelarete nel Santo Offizio dell'Inquiſitione, ſi vederà, ſe ſia caſo pertinente à quella, con ammonirvi, che ſe paſſa il detto termine, & non havendo compito tutto ciò, che ſopra ſi è detto, oltre, che haverete in corſo in dette pene, e cenſure, procederemo contro quelli, che rubelli, & inobedienti ſarranno, come contro perſone, che malitioſamente lo coprono, e laſciano di dirlo, e manifeſtarlo, e che ſentono male della Noſtra Santa Fede Catholica, & cenſure della Santa Chieſa; & per quanto l'aſſolutione del peccato d'hereſia e à noi ſpecialmente riſervata, comandiamo, e prohibiamo ſotto detta pena à tutti, & à ciaſcuno de'Confeſſori regolari, ò non regolari, che non aſſolvano perſona alcuna, la quale habbia commeſſo alcuno de'predetti peccati, nè à quelli, che non hanno manifeſtato nel Santo Offizio quello, che han ſaputo, ò inteſo dire d'altre perſone, che haveſſero commeſſo tali delitti. Di più detti Confeſſori devono remittere à noi dette perſone, acciò conoſciuta, & chiarita la verità, li mali ſiano caſtigati, e li buoni, e fedeli Chriſtiani conoſciuti, & honorati, e difeſa, & accreſciuta la noſtra Santa Fede.

238 EPerche dire, ò fare il Demonio Santo, è coſa tanto pernicioſa, e contra la noſtra Santa Fede, dando, & attribuendo al Demonio la Santità, & honore, che ſolo è proprio di Dio Noſtro Signore, e per participatione ſolamente concedeſi à ſuoi Santi; per tanto dicciamo, & ammoniamo à tutti, che non preſumano dire ſimile blasfemmia da per ſe ſteſſa hereticale, altrimente ſi procederà con loro in quel modo, che ſi deve, e ſaranno caſtigati, come convienne, per lo mantenimento del ſervitio, & honore, che à Dio Noſtro Signore, alla S. Fede



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſi deve, e per ſradicare affatto vitio di tanto ſcandalo, e che ſuole ſpeſſo auvenire in un Regno, che per gratia, e miſericordia Divina è tanto Catholico. Et acciò le ſopradette coſe vengano à notitia di tutti, e non vi ſia alcuno, che poſſa ſcuſarſi d'ignoranza, ſi comanda il publicarle hoggi li 11. Marzo 1691.

## CAPUT III.

### *De Virtute Edicti Inquiſitorum.*

239 EDictum DD. Inquiſitorum præcipit, eſſe eorum Tribunali denunciandos à ſcientibus hæreticos, aut ſuſpectos de hæreſi intra præfixum terminum, qui in edicto inquiſitionis Hiſpanicæ ſolet eſſe ſex dierum, in Edic. Univ. Inquiſ. Roman. unius menſis, qui incipit à die ſcientiæ delicti, ut *à num.* 642. quo elapſo termino, qui culpabiliter non denunciavit, incidit in excommunicationem majorem reſervatam Pontifici, & Inquiſitoribus: *ut in num.* 646. & 650.

Comprehendit delicta omnia contra fidem, tam præterita, ante publicationem edicti, quàm præſentia, & futura; quoniam omnia exprimit denuncianda.

Denunciatio in Regnis Hiſpaniarum facienda eſt ſolis Inquiſitoribus; in aliis verò Regnis, & Provinciis fieri poteſt Epiſcopis juxta dicta *à n.* 624.

Item fieri poteſt eorum Commiſſariis, juxta locorum conſuetudinem, quæ quidem, ubi adeſt, eſt rationabilis; quoniam reddit facilem, & minimè oneroſam denunciationem fidelibus, qui à locis, ubi Inquiſitores commorantur, diſtant. Lupus in edictum S. Inquiſ. *p.* 56. *diff.* 2.

### QUÆRES I.

*Quanto tempore duret Edictum?*

240 REſp. Certum eſt, durare per integrum annum; quia talis eſt Inqui-ſitorum intentio, & praxis fidelium. Dia[illegible] *p.* 4. *tr.* 5. *reſ.* 27. & Leander *tr.* 5. *de* [illegible] *diſp.* 13. *qu.* 58.

241 Imò puto, illud eſſe perpetu[illegible] Bord. *in Sacro Trib. cap.* 30. *nu.* 4. & Dia[illegible] *cit.* quia habet vim legis Canonicæ, [illegible] cepti tranſitorii; quoniam authoritate [illegible] ſtolica, & eſt collectio conſtitutionum [illegible] ſtolicarum. Item Tribunal eſt perpetuum, cauſa fidei eſt perpetua; igitur remedium [illegible] dicti eſt perpetuum.

Nec officit, quòd quolibet anno [illegible] Martii publicetur: quia etiam Bulla C[illegible] quolibet anno feria 5. in Cœna Domini [illegible] blicatur, & tamen eſt perpetua; [illegible] fit ne proceſſu temporis poſſit alleg[illegible] rantia; quâ ratione Conſtitutiones [illegible] ciæ ad S. Officium ſpectantes quolibet [illegible] ſolent publicè à Regularibus perleg[illegible] men ſunt perpetuæ.

Hinc fit, ut ſi aliquo anno ex aliqua [illegible] edictum non publicaretur, adhuc [illegible] retici, & ſuſpecti de hæreſi denuncian[illegible] dum ex præcepto divino, verùm [illegible] Eccleſiaſtico, & humano, *ut in n.* [illegible]

242 Et hæc eſt differentia inter [illegible] quiſitorum, & edicta Epiſcoporum [illegible] habent vim legis, iſta præcepti [illegible] unde non durant per totum annum, [illegible] duos, aut tres menſes; hinc, ſi [illegible] tempus tranſactum novit quis [illegible] Concubinarium, non tenetur [illegible] re, ait Avila apud Diana *cit. n.* [illegible] hæc edicta, cùm non concernant [illegible] publicum, aut fidei, non accip[illegible] tanto rigore: ità ille.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

QUÆRES II.

143 *An obligatio denunciandi extinguatur morte delinquentis?*

RESp. 1. Non extingui, loquendo de crimine hæreſis formalis: eſt Com.

Unde Diana *p. 4. tr. 7. reſ. 28.* hæc habet: *Licet omnia crimina morte extinguantur, ex l. defuncto, ff. de publicis judiciis, non tamen crimen hæreſis extinguitur; & ideo contra hæreticum poſt mortem poſſunt DD. Inquiſitores procedere, ut affirmant Doctores, quos citat,* & ſequitur Sanctarellus *de hæreſi cap. 17. dub. 1. n. 12. Igitur formato proceſſu, ſi hæreſis eſt planè probata, hæreticus mortuus damnandus eſt, & ejus bona fiſco ſunt applicanda, etiam ſi devenerint in manus tertii poſſeſſoris; & ſi ejus oſſa à Catholicis poſſunt diſtingui, exhumanda ſunt, & ejus ſtatua comburenda,* & infra: *Notandum eſt tamen hic, quòd hæreticus defunctus condemnari non poteſt, niſi prius citatus filiis, vel hæredibus, ſive præſentibus, ſive abſentibus, ſive certis, ſive incertis, & illis danda eſt copia indiciorum & accuſationum: ſic ſtatuitur in instruct.* Toletana anno 1561. *v. nu. 290. & n. 161.*

Ratio eſt; quia crimen hæreſis ſemper ſerpit, & propagatur contra fidem, *unde ex c. ſanè 6. 24. q. 2.* hæreticus etiam poſt mortem excommunicatur, hoc eſt declaratur excommunicatus, privatur Eccleſiaſticâ ſepulturâ, & exhumatur, & ejus oſſa comburuntur, ſi poſſint ab oſſibus Catholicorum diſcerni, aliàs ejus ſtatua comburitur: debent tamen ejus filii, ſeu hæredes citari ad eum defendendum, & magis ſeipſos quoad famam, & bona, ne confiſcentur.

144 Reſp. 2. in aliis criminibus quantumvis vehementer de hæreſi ſuſpectis obligatio denunciandi extinguitur morte delinquentis. Diana *cit.* Alberghinus *in man. qualiſ. c. 36. nu. 4.* & apud ipſum Pegna, Caſtropal, & alii; quia contra ſuſpectos de hæreſi, etiam ſi fuerint fautores, defenſores, & receptatores hæreticorum, poſt mortem procedi non poteſt, *ex cap. Accuſatus, §. porrò de hæreticis in 6.* nam fautores, &c. hæreticorum non ſunt formaliter hæretici, ſed ſuſpecti de hæreſi; adeóque inutilis eſt tunc denunciatio.

QUÆRES III.

245 *An obligatio denunciandi hæreticum formalem jam mortuum ſit perpetua?*

REſolutio hujus difficultatis procedit ab alia: An actio Inquiſitorum procedendi contra hæreticum defunctum poſſit præſcribi?

Caſtrapal. *tom. 1. tr. 4. diſp. 8. punct. 17. §. 7. n. 16.* aſſerit præſcribi quoad totum ſpatio 40. annorum, ita ut elapſo ſpatio 40. annorum non poſſint Inquiſitores contra defunctum procedere, nec damnando ejus memoriam, nec confiſcando ejus bona, *ex cap. 2. de præſcriptionibus lib. 6.*

Dico tamen, actionem Inquiſitorum procedendi contra hæreticum defunctum, quoad ejus memoriam damnandam, & ſtatuam comburendam, nullo temporis ſpatio præſcribi, quoad autem ejus bona confiſcanda præſcribi ſpatio 40. annorum. Diana, & Albergh. *cit.* cum Pegna, & aliis; textus enim relatus à Caſtropal. præciſè loquitur de actione quoad confiſcanda bona.

246 Dices cum Caſtropal. Confiſcatio bonorum eſt acceſſoria condemnationi memoriæ defuncti; igitur, ſi actio condemnativa memoriæ defuncti nunquam poſſet præſcribi, pariter nunquã poſſet præſcribi actio confiſcandi bona defuncti; quia acceſſorium ſequitur ſuum principale: id autem eſt expreſsè falſum de actione confiſcandi

 bona,

bona, ex recenſito textu; adeóque diſcendum venit, utramque actionem ſpatio 40. annorum præſcribi.

Reſp. acceſſorium ſequi ſuum principale, quando non eſt ratio ſpecialis, quæ hujuſmodi ſequelam impediat; ea evenit in re noſtra: quoad damnandam enim memoriam defuncti hæretici habetur cauſa perpetua, quatenùs hæreſis ſerpit ut cancer, quippè quæ peſtifera eſt, *cap. Ut Inquiſitionis, de hæreticis lib. 6.* ac proinde ſemper propagatur contra fidem, & ideò actio ad damnandam memoriam defuncti eſt perpetua: hâc ratione eſſet etiam conſequenter perpetua actio confiſcandi ejus bona; & quia jus præſcriptionis eſt introductum jure poſitivo humano, & Doctores communiter, una cum jure relato, ex *cap. 2. de præſcriptionibus lib. 6.* rationabilibus de cauſis diſpoſuerunt, ut bona hæretici defuncti ab hæredibus bonâ fide ſpatio 40. annorum poſſeſſa præſcribantur, ideò non ſequitur, quòd ſicut actio damnandi memoriam defuncti eſt perpetua, ità actio confiſcandi ejus bona; nec è converſo, quia Doctores communiter, & jus recenſitum præſcriptionis diſpoſuerunt contra poſteriorem actionem, non contra priorem.

Ut autem filii, ſeu hæredes bona hæretici defuncti præſcribant, ultrà poſſeſſionem bonorum bonâ fide per ſpatium annorum 40. requiritur, quòd non ſit detectus intra illud tempus hæreticus; nam hoc habetur expreſsè in relato textu.

247 Ex his patet reſolutio ad principale quæſitum, nimirùm obligationem denunciandi hæreticum formalem jam mortuum eſſe perpetuam: ità DD. *cit. 9.* contra Caſtropal. qui conſequenter tenet contra illam præſcribi ſpatio 40. annorum: noſtra ratio eſt; quia talis denunciatio elapſo tempore 40. annorum, licèt non valet pro confiſcandis bonis defuncti, valet pro memoria damnanda. Plura vide à num. ... *ad 654.*

## CAPUT IV.

*De perſonis, quæ ex vi edicti denunciare tenentur.*

248 Omnes, & ſingulæ perſonæ, ſive mares, ſive mulieres, poſt ... annum, quo plenum rationis uſum ..., ſive ſæculares, ſive moniales, & Regulares cujuſcumque gradûs, & dignitatis ... ces, principes, Provinciales, Generales, ... denunciare tenentur delinquentes ... os ſubditos quoad delicta ad S. Officium ſpectantia Inquiſitori illi, ſub cujus juriſdictione perſona denunciatura, & perſona denuncianda vivunt: eſt contra Bord. in ... *cap. 27. n. 24.* quoad Generales, ... non comprehendi ſub edictis Inquiſitorum quoad denunciationem activam, ... paſſivam, quatenùs non exprimuntur proprio nomine. Sed ſuper hoc habemus ... viſſimè Decretum Alex. VII. tenoris ... tis:

249 *Licèt aliàs per Conſt. fel. rec. Pauli V. emanata ſub die 1. Sept. 16... cepit, Romanus Pontifex, fuerit diſtrictè prohibitum ſuperioribus Regularium, ne quovis titulo, vel prætextu præventionis, aut conſuetudinis, & præſcriptionis, etiam immemorabilis, aut alio in cauſis ad S. Officium ſpectantibus ſe quoquo modo intromittere, aut ... denuntiationes recipere, teſtes examinare, proceſſus conficere, cauſas cognoſcere, aut ... nare audeant; imò ex ejuſdem Conſtitutionis diſpoſitione eiſdem fuerit graviter injunctum, ut ſuos ſubditos, ac Religioſos, quos hæreſi infectos, vel de hæreſi ſuſpectos noverint ...*

*dia conſultatione cum propriis ſuæ Religionis Superioribus, vel alia quavis perſona facienda abſque mora Inquiſitoribus, vel locorum Ordinariis vel vicinioribus denuncient: nihilominùs animadvertens Sanctiſſimus D.N. Alex. VII. ab nonnullis Regularibus in dubiũ revocari prædictam denunciandi obligationem, adeò ut nedum ſuos ſubditos non denuncient, verùm etiam fideles ad ipſos pro conſilio recurrentes, an debeant S. Officio denunciare, quæ audierunt, aut viderunt ad ipſum S. Officium ſpectantia, ad faciendum, ut deberent, non obligent, imò reſpondendo eoſdem perperam inſtruant non teneri, nec ſub obligatione Conſtitutionum Apoſtolicarum comprehendi, & hanc opinionẽ erroneam aliquot Doctorum ſententiis confirmare contendentes, eoſdem in maximum fidei diſcrimẽ a munere denunciandi retrahere conentur: Volens proinde Sanctitas Sua abuſũ hujuſmodi pro ſui Paſtoralis officii debito coercere, poſt maturam facti diſcuſſionem, auditis votis Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum DD. Cardinalium adverſus hæreticã pravitatem Generalium Inquiſitorum, innovans Conſtitutionem prædictam a fel. record. Paulo V. emanatã, & quatenùs opus ſit, eam declarans, hoc præſenti Decreto diſtrictè præcipit, & mãdat omnibus & ſingulis Regularium Generalibus, Provincialibus, Abbatibus, Prioribus, Guardianis, Rectoribus, Præpoſitis, aliiſq; ejuſmodi quocumq; nomine nuncupatis Superioribus cujuſcunque Ordinis, & Inſtituti, ſive Mendicãtium, ſive non Mendicantium, necnon Congregationis, & Societatis Clericorum Regularium quorumcunq; etiam Societatis Jeſu, aliorumq; quomodocunque exemptorum, vel non exemptorum, etiam ſi eſſent ſpecialiter, & nominatim exprimendi, ut omninò dictæ Conſtitutioni in omnibus pareant: & omnes, & quoſcunq; Religioſos, tam ſibi ipſis ſubditos, quàm non ſubditos, cujuſcunque dignitatis, gradûs, & conditionis exiſtant, hæreticos, vel de hæreſi quomodocunque, etiam leviter, ſuſpectos deferant & judicialiter denuncient Inquiſitoribus, vel locorum Ordinariis, & nullatenùs in cauſis ad S. Officium ſpectantibus audeant ſe intromittere, neq; ſuos ſubditos ad S. Officium recurrentes, vel recurrere, aut accedere volentes, moleſtare, vexare, vel alio quovis modo, ſive directè, ſive indirectè, avertere, retrahere, diſſuadere; imò prædictos ſuos ſubditos monere debeant, ut ipſi quoq; eidem decreto omninò pareant, & alios Chriſti fideles etiam Confratres ſuos ad parendum pariter hortentur, & ſuadeant, rejectis penitus hujuſmodi opinionibus, atque interpretationibus, quas Sanctitas Sua cum voto dd. Emin. DD. Cardinalium tanquam pernicioſas, temerarias, & non conſiſtentes, & à mente Sanctitatis Suæ prorsùs alienas, reprobavit, & reprobat. Et quia quandoq; etiam eorũ ſubditi deficiunt in eo, quod ipſis implendum incumbit cum Religioſis ejuſdem, a teriuſve Ordinis, aliiſve quibuſcunque perſonis de fide ſuſpectis, cæteriſq; petentibus conſilium in materiis ad S. Officium ſpectantibus, ita ut nedum ipſimet denunciationes differant, vel ab illis prorſus abſtineant; verùm etiam multoties ab eiſdem alios à ſe conſilium petentes retrahant malis artibus; vel mendicatis Doctorum opinionibus, vel ſub fraternæ correctionis factæ, vel faciendæ, aliove prætextu. Propterea idem Sanctiſſimus declaravit, præfatos ſubditos abſque ulla participatione, etiam ſi nulla petita venia à Superioribus, etiam ſi nulla fraterna correctio, vel alia monitio præmiſſa fuerit, omninò teneri, & obligatos eſſe accedere ad denunciandum Ordinariis, vel Inquiſitoribus locorum quoſcunque, etiam Confratres, ac ſuperiores, etiam primarios ſuos ejuſdem Ordinis, & Religionis, quos noverint eſſe de fide quomodolibet etiam leviter ſuſpectos; ac propterea eoſdem debere*

omnes,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*omnes, & quoſcunque etiam alios à ſe conſilium, ut ſuprà, petentes monere, & obligare ad denunciandum, nec poſſe illos à denunciando ſub dictæ fraternæ correctionis, vel alio quovis prætextu retrahere, aut retardare, & præfatos omnes, tam Superiores, quàm ſubditos contrafacientes, Sanctitas Sua voluit, & declaravit ſubjacere omnibus cenſuris in dicta Conſtitutione Pauli V. expreſſis, nec non privationis quarumcumque dignitatum, ſeu Prælaturarum, ſeu Officiorum ſuorum Ordinum, ac vocis activæ, & paſſivæ, perpetuæque inhabilitatis ad eadem ipſo facto, & abſque alia declaratione incurrendis, aliiſque Sanctitatis Suæ, ac ſucceſſorum arbitrio infligendis pœnis, quarum relaxationem, ſuſpenſionem, abſolutionem, vel diſpenſationem Sanctitas Sua ſibi ipſi, & Succeſſoribus ſuis Romanis Pontificibus tantùm expreſsè reſervavit, &c. die 8. Julii 1660.*

250 Pœnæ autem à Paulo V. die 1. Sept. 1606. per Bullam *Romanus Pontifex*, fulminatæ ſunt per verba tenoris ſequentis.

§. 6. *Quòd ſi generales, aliique prædicti præſentibus litteris non paruerint, eos omnes privationis quarumcumque dignitatum, ſeu Prælaturarum, vel Officiorum ſuorum Ordinum, ac vocis activæ, & paſſivæ, perpetuæque inhabilitatis ad eaſdem, nec non contra fautores hæreticorum, & impeditores officii ſtatutas, & inflictas pœnas, aliaſque cenſuras Eccleſiaſticas, etiam excommunicationis latæ ſententiæ, à qua non niſi à nobis, vel à Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo, abſolutionis beneficium valeant obtinere, eo ipſo incurriſſe, &c. die 8. Julii 1660.*

251 Denunciatus ab uno, eſt adhuc denunciandus ab alio, etiã ſuper eodem delicto, ſi alius etiã illud ſciat. Bord. *in man. conſult. ſect.* 18. *n.* 30. quia ſic probatur delictum: *v. n.* 694.

252 Bord. *in Trib. fidei cap.* 30. *n.* 31. [illegible] Imperatores, Reges, & Cardinales habent privilegium, ut non ſubjiciantur Bullis Pontificis, niſi nominatim exprimantur, & proindè à fortiori non ſubdi edictis Inquiſitorum, quæ ſunt ſtatuta inferiora. Oppoſitum tenet Carena *par.* 2. *tit.* 9. *n.* 28. dicens eos comprehendi tam quoad activam, quàm quoad paſſivam denuntiationem. Et ita noviſſimè tenet ipſe Bord, *in man. conſult. ſect.* 26. *à n.* 16. *ad* 21. nam in edicto Inquiſ. Univ. Rom. habetur hæc particula: *Quacumque dignitate, & auctoritate, etiam maxima fulgentibus, ut in n.* 226.

## QUÆRES I.

253 *An viator, & advena denunciare teneantur delinquentem, quem noverunt, in loco, ubi per tranſitum reperiuntur?*

BOrd. *cit. n.* 14. vult, eos non teneri denunciare, non quidem Inquiſitori loci, ubi reperitur, quia non eſt ſub ejus juriſdictione; advena enim, & viator non ſubditur legibus, & ſtatutis loci, *l. Hæres abſens* §. *proindè, ff. de judic.* & qui tranſit per aliquem locum, inde brevi receſſurus, non dicitur ibi fuiſſe, *l. Quæſitum* 76. §. *fin. ff. de legat.* 3. neque inquiſitori ſuo proprio, quia delinquens non eſt ſub juriſdictione illius, nec ſub illo deliquit.

254 Reſp. teneri delinquentem denunciare Inquiſitori loci, ubi deliquit, ſeu ſub cujus juriſdictione delinquens eſt; ſi non vi edicti Inquiſitoris particularis loci, ex tamen Decreti Univ. Inquiſitionis Rom. tenoris ſequentis.

*Univerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus, tam Eccleſiaſticis, quam ſæcularibus utriuſque ſexus, cujuſvis gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtentibus, & quacunque dignitate, & authoritate etiam maxima*

gen-

*[præſen]tibus, harum ſerie, & tenore, authoritate [no]ſtra, & hujuſmodi noſtri officii, qua fungi-[m]ur in hac parte, præcipimus, & mandamus, [qua]tenus infrà duodecim dies proximè com-[put]andos, quorum primos quatuor pro primo, [&] reliquos quatuor immediatos pro ſecundo, [&] ultimos quatuor pro tertio termino, & per-[em]ptorio, ac trina monitione canonica aſſigna-[mu]s, omnes, & ſingulos hæreticos, ſeu de hæ-[reſi] quomodolibet ſuſpectos, de quibus notiti-[am] habuerint; debeant Nobis, vel Reveren-[do] Commiſſario noſtro quoad habitantes in [Ur]be, quo verò ad alios extra Urbem, & ubi-[cumque] locorum degentes, Inquiſitoribus, vel loco-[ru]m Ordinariis, vel eorum Vicariis Genera-[li]bus ſub excommunicationis majoris latæ [ſe]ntentiæ pœna, quam in contrarium facien-[tes] ipſo facto incurrant, & judicialiter propa-[la]re, cujus excommunicationis majoris abſo-[lu]tionem S. D. N. Papæ, & Nobis reſerva-[mu]s, certificantes hujuſmodi conſcientiæ ſuæ [im]memores, ac dictam excommunicationis [pœ]nam contemnentes, quòd contra ipſos tan-[qu]am contra hæreticorum fautores, aliàs pro-[u]t meliùs viſum, & judicatum fuerit, proce-[de]tur, ideò &c. Datum in noſtra, & Officii S. [Ro]m. Univ. Inquiſit. Congregatione die 3. Ja-[nu]arii 1623.*

Noviſſimè ſuum dictum revocat Bord. *in man. conſult. ſect.* 18. *n.* 17. affirmans, via-[to]res, & advenas teneri denunciare in loco, [u]bi quis delictum commiſit.

Imò in num. 86. addit: Quòd ſi Petrus [ſci]at Paulum feciſſe ſortilegium in Diœceſi, [v]. gr. Regienſi, ubi ambo erant eo tempore, [&] deindè receſſerunt, unus Bononiam, alter Parmam; teneatur Petrus denunciare hìc Parmæ vel Regii, vel Bononiæ.

255 Supradictum autem Decretum non [e]ſt præceptum tranſitorium, ut putat Bord. [ib]. *n.* 2. ſed perpetuum; nam omnes, & ubi-que obligat. Diana *p.* 4. *reſ. tract.* 41. & Peyr. *tom.* 2. *ad conſt.* 9. *Pauli V. v. n.* 27.

256 Hìc locuti ſumus de viatore, & advena; minimè de eo, qui ad alium locum ſe tranſtulit animo perpetuò ibi habitandi, aut manendi majori parte anni; quia hunc eſſe ſubditum, & ſub juriſdictione Inquiſitoris particularis illius loci quoad fidem, non eſt dubium.

Plura vide *à n.* 621. *ad* 641.

QUÆRES II.

257 *An præcedere debeat fraterna correctio?*

RESP. denunciationem hæretici ex malitia, aut ſuſpecti de hæreſi, eſſe faciendam nulla præmiſſa correctione fraterna, etiam ſi firmiter emendatio ſperetur: eſt certum, ex Decr. Alex. VII. *n.* 249. relato, & probatum eſt, *à n.* 612.

258 Dixi, *hæretici ex malitia*: Nam ſi quis habeat aliquem errorem, aut aliquam propoſitionem proferat ex ignorantia, & ſimplicitate, & non conſtet, eum, qui talem propoſitionem protulit, eſſe hæreticum, tunc eſt præmittenda ſecreta correctio fraterna. Bonac. *tom.* 1. *de denunc. diſp.* 6. §. 8. *pag.* 896. *n.* 5. Alberghinus *in man. qualif. cap.* 37. *n.* 10. Alphonſus de Caſtro, Pegna, Toletus, & alii apud ipſos. Quia hic non eſt hæreticus, ſtante ignorantia. Nam hæreſis definitur: *Error hominis baptizati in intellectu voluntarius, contra aliquem articulum fidei cum pertinacia.* Pertinaciter autem errare in præſenti non eſt acriter, & mordicùs ſuum errorem tenere, ſed eſt errorem tenere, poſtquam contrarium eſt ſufficienter propoſitum, ſeu quando ſcit contrarium teneri ab Eccleſia univerſali Chriſti; ſtante autem ignorantia, non habetur pertinacia, quæ eſt quaſi ratio formalis hæreſis: *v. à n.* 281. Pertinacia igitur: *Eſt voluntas reſiſtendi, ſeu non ſubdendi ſuum judicium Eccleſiæ, habita notitia veri-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tatis ab Eccleſia definita, & de fide credenda propoſita.* Unde quævis ignorantia definitionis, & propoſitionis Eccleſiæ [ de qua ignorantia agimus *à n.* 373. *ad* 379. ] tollit pertinaciam, & inde hæreſim formalem, excepta ignorantiâ affectatâ; hæc namque æquivalet ſcientiæ, ut *in n.* 392. ità Valentia, Cano, & alii *cit. n.* 279.

Contra Dianam *par.* 4. *tr.* 8. *reſ.* 35. Caſtrop. Suarez, & alios apud ipſum, qui idem tenent de ignorantia affectata; quatenùs qui ſic errat, peccat culpabiliter ignorans, ſed non offendit authoritatem Eccleſiæ tanquam pertinax, & incredulus Et ſolùm nobiſcum ſentit Diana, ſi quis ignorantiam affectet, quia putet, parvi momenti eſſe ea, quæ in Eccleſia creduntur, & proponuntur; hic enim eſt hæreticus, in quantùm ignorantiam affectat ex falſi opinione contra Eccleſiam.

259 Hinc ſubdit Bonac. *cit. Ex quo patet à fortiori de rigore juris non videri denunciandos concionatores, qui inter concionandum aliqua proferunt ex incuria, vel inconſideratione. Ratio eſt, quia non eſt præſumendum, ipſos velle contravenire judicio Eccleſiæ, aut ea dixiſſe cum plena deliberatione, & advertentia; ità ut velint errori adhærere, niſi aliter conjiciatur de ipſorum mente. Præterea patet non eſſe denunciandos eos, quos conſtat lapſu linguæ aliquem errorem protuliſſe: v. à num.* 605.

Eâdem ratione plures libri prohibiti ſunt, utpotè continentes hæreſes, & tamen eorum auctores non ſunt condemnati hæretici, inquantùm non cognoverunt eſſe contra propoſita ab Eccleſia Catholica credenda de fide. Quotuplex ſit hæreſis, & quæ reſervata. *vide à n.* 281. *ad* 289.

## CAPUT V.

*De perſonis, quæ denunciari debent.*

260 TEnetur quis denunciare hæreticum, aut ſuſpectum de hæreſi, ſive de vehementi, ſive de levi, ex Decr. Alex. VII. *n.* 249. relato per illa verba *hæreticos, vel de hæreſi quomodocumque, etiam leviter ſuſpectos deferant, & judicialiter denuncient.* Etiam ſi delictum ſit occultum, & non poſſit probari, ex Decret. Alex. VII. 24. Sept. 1665. *prop.* 5. & 596.

261 Etiam ſi illud ſciat ex ſecreto naturali, & ſub juramento de non revelando, n. 597.

262 Secretum ex conſilio petito excuſat à denunciando ſuſpectum de hæreſi, e contra non excuſat autem à denunciando hæreticum formalem. Bord. *in Sac. Trib. cap.* [illegible] *n.* 8. Unde in caſu hæretis formalis tenetur denunciando excuſat ſecretum ex ſigillo ſacramentalis Confeſſionis. Scotus *in* 4. *d.* 21. *q.* 2. §. *Ad argumentum* ... 597. & *n.* 59. unde non excuſatur à denunciando hæreticum formalem Conſeſſarius ſciens dictum ratione conſilii, niſi conſulens illud det, ejus audiendo confeſſionem.

253 Tenetur denunciare, non ſolùm qui ſcit, quatenus delictum propriis ſenſibus percepit, in quantùm vidit, aut immediatè illud audivit; verùm etiam ille, qui habet notitiam delicti ex auditu mediato ab aliis, qui illud ei retulerunt. Liquet ex tenore edictorum, præſertim ex illo Inquiſ. Siciliæ, ubi dicitur: *Se ſapete, ò havete inteſo dire* ... quidem diſtinguitur ſcientia ab auditu, & quia auditus immediatus delicti, & auditus delicti facit ſcientiam, ſequitur, quod ſit ſermo de auditu mediato.

264 Hujuſmodi autem auditus media...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

piriat onus denunciandi, per Bord. *in Trib. fidei c.* 31. *n.* 21. Carenam, Cord. Sanſ. & alios apud ipſum, debet eſſe à perſoſ fide dignis. Bonac. *tom.* 1. *diſp.* 6. *de denunc. pag.* 898. *n.* 7. item Leander *de Sacram. Pœnit. tract.* 5. *diſp.* 13. *q.* 57. & apud ipſum Mr. Sayrus, & Trullench, qui hæc habet: *Denique excuſatur à denunciando hæreticum & qui leviter ſuſpicatur aliquem eſſe hæreticum, vel à levibus, & parùm fide dignis accepit, qui ſe dicunt ab aliis accepiſſe.*

Puto tamen cum Diana ſufficere, ſi ſit à perſonis fide levibus, ut *in n.* 591.

265 Catholicus non tenetur denunciare hæreticum in locis illis, in quibus hæretici cum Catholicis ſunt permixti, id ſcientibus Inquiſitoribus, & Epiſcopis; quia nemo obligatur ad opus inutile. Bonac. *tom.* 1. *diſp.* 6. *de denunc. pag.* 898. *n.* 9.

QUÆRES I.

266 *An teneatur quis denunciare, ſi ex inde timeat notabile damnum?*

Neminem teneri ad denunciandum hæreticum, aut ſuſpectum de hæreſi, cum probabili periculo mortis, infamiæ, aut gravis alicujus damni propii, vel patris, matris, uxoris, fratrum, aut aliorum conjunctiſſimorum, tenent Fagund. Sanctar. & alii apud Dianam *par.* 1. *tr.* 4. *de denunc. reſ.* 7. item Pegna, qui excuſat uxorem à denunciando maritum hæreticum, ob timorem, ne ab eo malè tractetur; & Lazarius apud Dianam *cit.* quamdam virginem honeſtam cuſtodiam dominæ famulam excuſavit à denunciando famulum ejuſdem domûs, quem frequenter in blaſphemias hæreticales prorumpentem audierat; hâc ductus ratione, quia illa poterat probabiliter timere grave damnum in fama, quatenùs eam videntes ad Tribunal accedere, ſuſpicari poſſent, eam de aliquo delicto inquiſitam.

Hanc opinionem limitat Genuenſis in praxi *cap.* 18. niſi hæreticus dogmatizaret in magnum Reipublicæ damnum, animas ſeducendo, & corpora offendendo, ut ſi occideret pueros, & ſimilia faceret: tunc enim ſuccedit id, quòd quilibet pro patria tenetur ponere vitam.

267 Reſp. ex probabili periculo gravis damni in vita, corpore, fama, & rebus propriis, aut conjunctorum, non excuſatur quis à denunciando hæreticum formalem, etiam ſi non dogmatizet; excuſatur autem à denunciando ſuſpectum de hæreſi, putà blaſphemum, ſortilegum, abutentem ſacramentis, &c. Bord. *in Trib. fidei cap.* 31. *n.* 11. *& in man. conſult. ſect.* 25. *n.* 176. *& ſect.* 18. *n.* 47. Bonac. *tom.* 1. *diſp.* 6. *de denunc. pun.* 2. *n.* 6. & apud ipſos Freitas, Catena *par.* 2. *tit.* 9. *n.* 34. Diana *par.* 1. *tract.* 4. *reſ.* 7. Ratio 1. partis eſt; quia hæreſis formalis etiam non dogmatizantis eſt contra Religionem, & bonum commune totius Reipublicæ Catholicæ; quoniam hæreſis ſerpit ut cancer, quippè quæ peſtifera eſt, ex *cap. Ut Inquiſitionis, de hæreticis lib.* 6. bonum autem publicum, & commune ex jure prævalet bono privato, & proprio. Imò [ut advertit Bord.] qui denunciat hæreticum, regulariter nullum habere poteſt timorem damni; quia hæreticus formalis, aut comburitur, aut perpetuò immuratur.

Dicta à fortiori procedunt de apoſtata à fide, quia apoſtaſia non differt ſpecie ab hæreſi, & eſt gravior hæreſi, cùm ſit receſſus à tota fide Catholica.

Ratio 2. partis eſt, quia ſuſpicio hæreſis, nec eſt hæreſis, nec ità ſerpit contra Religionem, ut hæreſis. Tum quia pœnæ latæ contra hæreticos nullam faciunt mentionem de ſuſpectis; unde ſicut rigor pœnarum contra hæreticos non extenditur contra ſuſpectos;



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ità nec rigor denunciandi hæreticum cum probabili periculo vitæ, &c. extendi debet contra ſuſpectos: *v. n.* 599.

## QUÆRES II.

268 *An filius teneatur denunciare patrem hæreticum, & è converſo?*

PRima opinio negat, filium teneri denunciare patrem, niſi quando dogmatizet, & filium, alioſque doceat. Teneri autem patrem denunciare filium hæreticum, volunt Simanchas *de Catholicis inſtitutionibus tit.* 29. *n.* 35. Genuenſis *cap.* 18. *n.* 9. & alii apud Dianam *par.* 1. *tr.* 4. *reſ.* 4. & Bord. *in Trib. fidei c.* 31. *n.* 13. quia locus Scripturæ modò adducendus exprimit filium denunciandum, non patrem.

269 Reſp. teneri filium denunciare patrem hæreticum, etiam ſi non dogmatizet, & è converſo. Diana, & Bord. *cit.* & alii communiter apud ipſos. Suadetur ex Sacr. Script. Deut. 13. *Si tibi voluerit perſuadere frater tuus, filius matris tuæ, aut filius tuus, vel filia, ſive uxor, quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus, quem diligis ut animam tuam, clam dicens: eamus, & ſerviamus diis alienis, &c. non acquieſcas ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus, ut miſerearis, & occultes eum.* Tum quia ex dictis *n.* 267. bonum commune Religionis prævalet bono privato patris, filii, &c eò maximè, quia filio patrem hæreticum denuncianti pœna confiſcationis propriæ legitimæ, & pœna infamiæ remittitur. Alberghinus *in man. qualif. c.* 35. *n.* 5. ex Alphonſo de Caſtro, Pegna, & aliis.

270 A fortiori non excuſantur uxor, frater, & alii conjuncti. Ità Doctores *cit.* contra Cabreram, Valerum, & Royas excuſantes uxorem, & maritum; adeóque in denunciando hæreticum formalem non dantur perſonæ privilegiatæ.

## QUÆRES III.

271 *An extra hæreſim formalem in caſibus ſuſpicionis conjunctus excuſetur à denunciando conjunctos uſque ad quartum gradum?*

PRima ſententia negat. Diana *par.* [illegible] *reſol.* 10. *in fine*, Catena *par.* 2. [illegible] 13. Alberghinus *in man. qualif. cap.* [illegible] & alii apud ipſos, 1. quia edicta [illegible] rum loquuntur generaliter, ac proinde [illegible] generaliter intelligenda, 2. quia eadem militat ratio de hæreticis, ac ſuſpectis de hæreſi.

Secunda ſententia affirmat [illegible] *in Trib. fidei c.* 31. *num.* 13. & 14. [illegible] *conſult. ſect.* 18. *n.* 46. Homobon. [illegible] rius apud Dianam *p.* 1. *tr.* 4. *reſ.* 6. [illegible] 1. quia rationes, quæ probant [illegible] à denunciando extraneum in caſibus [illegible] nis hæreſis, ſi exinde probabiliter [illegible] tabile damnum ſibi, aut ſuis conjunctis [illegible] que ad quartum gradum, militant [illegible] caſu denunciationis conjuncti uſque ad quartum gradum, *v. n.* 267. [illegible] quia ex denunciatione conjuncti [illegible] notabile damnum in fama, & bonis con- juncto, & inde ipſi denuncianti: [illegible] Hinc non eadem militat ratio in [illegible] reſis formalis, & in caſu ſuſpicionis [illegible] Nec obſtat, quod edicta generaliter [illegible] tia ſint generaliter intelligenda; [illegible] verum, quando aliqua ſpecialis [illegible] trarium non ſuadet, ex *l. Hæret.* [illegible] *hæret. inſtit.* neque generaliter [illegible] fertur ad extraordinaria, *l. Seia* [illegible] *dico, ff. de ann. legat.* ità ferè Bord. [illegible] & hic *n.* 274.

272 Probabilior tamen mihi [illegible] ſententia, utpotè favorabilior fidei, [illegible] publico.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

### QUÆRES IV.

273 *An hæreticus, aut ſuſpectus de hæreſi teneatur denunciare ſe ipſum?*

RESp. non teneri, niſi quando interrogatur reus à Judice. Diana *par.* 1. *tr.* 4. *reſ.* 8. Bord. *cit. n.* 15. & Com. quia nemo tenetur reſpondere, ex *cap: Aliquando de pœnit. diſt.* 1. & nullus tenetur ſuam turpitudinem detegere, *l. alia, ff. de jurejur.*

### QUÆRES V.

274 *An hæreticus, aut ſuſpectus de hæreſi teneatur denunciare complicem?*

COmplicem non teneri denunciare complicem, in quacumque materia fuerit complex, tenent Port. *in addit. ad dubia Regul. ver. Denunciatio n.* 10. Bonac. *tom.* 1. *diſp.* 6. *de denunc. pag.* 898. *n* 8. Suarez, & Megala apud Dianam *cit. reſ.* 9. Bord. *cit. n.* 15. Hurtado, & alii apud Leandrum *de pœnit, tr.* 5. *diſp.* 13. *qu.* 43. quia denunciare complicem eſt virtualiter denunciare ſeipſum, non enim poteſt quis manifeſtare complicem delicti, quin manifeſtet ſeipſum; ideòque cùm nemo teneatur denunciare ſeipſum, nemo tenetur denunciare complicem.

275 Reſp. in caſu hæreſis formalis tenetur quis denunciare complicem delicti; minimè in caſu ſuſpicionis hæreſis, Bord. *cit. n.* 19. *cum aliis*, ſequitur ex dictis *n.* 31. Ratio 1. partis eſt, quia à denunciando hæreticum nullus excipitur, niſi confeſſarius, qui illum novit ſub ſigillo ſacramentali, ac proinde diſcipulus tenetur denunciare ſuum magiſtrum hæreticum, non obſtante, quòd ſit ejus errores ſecutus.

276 Non officit ratio in oppoſitum; quia manifeſtando complicem, non manifeſtat ſeipſum directè, ſed indirectè.

277 Nec obſtat, quòd ſe exponeret periculo gravis damni in fama, bonis; 1. quia etiam eo periculo dato, tenetur quis denunciare hæreticum, etiam cum periculo gravis damni, ob dicta *n.* 267. 2. quia talis denunciatio potiùs cedit in denunciantis utilitatem, quàm in damnum; 3. quia non denunciando ſubſtat majori periculo, nempè ut præveniatur ab alio, & tunc, ut puniatur de rigore juſtitiæ; 4. quia reſpectu ſui cenſetur potiùs ſponte comparens, ut recipiat gratiam, quàm denunciator.

Ratio 2. partis eſt eadem, quæ *n.* 367. *v. num.* 577.

### QUÆRES VI.

278 *An teneatur quis denunciare hæreticum jam emendatum?*

NEgant Sotus, Genuenſis, & alii apud Dianam, & Bonac. citandos.

Joſeph. de Auguſt. *in* 4. *prac. Dec. n.* 13. negat, ſi crimen per ſecretam admonitionem emendatum, ſit occultum; affirmat verò, ſi ſit publicum; quia in hoc caſu finis denunciationis eſt punitio rei ad publicum exemplar: ità etiam Del Bene, ex multis apud Bord. *in man. conſult. ſect.* 18. *n.* 50. quorum ratio eſt, quia quando hæreticus erat occultus, & emendatur, ceſſat injuria facta Reipublicæ, & inde finis edicti, qui eſt punitio ad ſatisfaciendam injuriam factam Reipublicæ. Nec finis denunciationis eſt correctio publica in delictis occultis, bene verò in publicis.

Reſp. teneri eum denunciare ex vi edicti Inquiſitorum. Diana *par.* 2. *tr.* 4. *reſ.* 3. Bonac. *tom.* 1. *diſp.* 6. *de denunc. pag.* 898. *nu.* 5. contra Sotum, Genuenſem, & alios apud illos, 1. quia finis edicti non eſt ſola emendatio fratris, ſed punitio in publicum exemplum, juxtà dicta *à n.* 605. 2. quia hæreticus, faciliter fingeret ſe emédatum metu denunciationis, 3. quia hæreticus formalis etiam

occultus à nullo poteſt à vinculo excommunicationis abſolvi, nec virtute Jubilæi, nec Bullæ, nec privilegiorum, niſi à Sancta Sede, aut proprio Inquiſitore, ex Decr. Alex. VII. 24. Septemb. 1665, *propoſ.* 4. adeóque donec ſponte non compareat, ut abſolvatur, non poteſt cenſeri emendatus.

His de rationibus, licèt Bulla Alex. VII. relata *n.* 249. præcipiens denunciationem faciendam nullâ præmiſsâ correctione fraternâ, de emendatione mentionem non faciat, non inde ſequitur, emendatum non eſſe denunciandum.

Nec obſtat ratio in oppoſitum; quia eſt vera in delictis contra proximum, minimè in delictis contra Deum, & fidem, cum Deo ſint aperta omnia abſcondita cordis.

QUÆRES VII.

279 *An ille, quem poſt commiſſum delictum ſuperſtitionis, aut blaſphemiæ ſtatim pœnitet, ſit denunciandus?*

Reſp. affirmativè, ſuppoſitâ plenâ advertentiâ, & deliberatione. Bord. *in Trib. fidei cap.* 31. *n.* 9. quia in delictis ſolùm conſideratur voluntas deliberata in factum tranſiens, minimè voluntatis perſeverantia, aut ſubita retractatio: *v. n.* 604.

Dixi: *Suppoſitâ plenâ advertentiâ, & deliberatione*; quia ſi circumſtantiæ externæ in aliquo caſu ſint tales, ut faciant prudenter dignoſcere, quem in blaſphemiam prorupiſſe, non cum plena advertentia ad malitiam, aut non cum pleno conſenſu voluntatis, aut mente non integrâ, ſed turbatâ ex vehementi paſſione; tunc, ſicut excuſatur à culpa mortali ità & à pœnis. Talis à nonnullis fuit judicatus quidam, qui ex vehementi pecuniæ dolore, quam ardenter amabat, amiſſæ, & à detentore denegatæ, vehementi iraſcibilis impetu in blaſphemiam prorupit; ſed immediatè ad propoſitionem blaſphemam, ſui pectoris percuſſionem addidit. Hoc etiam innuit Leander *in præc. Dec.* loquendo de blaſphemia.

QUÆRES VIII.

280 *An qui acceſſit ad Confeſſionem animo non confitendi peccata, ſed inducendi Confeſſarium ad hæreſim, ſit à Confeſſario denunciandus?*

Negat Bord. *in man. conſult. de ...* *ſect.* 25. *n.* 168. quia allata confeſſio hæretici objectivè ſpectata, & quoad mim... eſt ſacramentalis.

Reſp. eſſe denunciandum à Confeſſario. Genuenſis, Graffius, Sotus, & Silveſter apud ipſum Bord. Carena *p.* 2. *tit.* 9. *n.* 1. quia *n.* 262. ſolùm ſigillum ſacramentale eximit à denunciando hæreticum: præfatus autem Confeſſarius non obligatur ad ſigillum ſacramentale; quia ad hoc obligat ſola confeſſio ſacramentalis, qualis non eſt allata confeſſio hæretici; nam ſacramentalis confeſſio eſt illa, quâ pœnitens ſua peccata Confeſſario manifeſtat animo ſe accuſandi, & ſacramentum Pœnitentiæ ſuſcipiendi; confeſſio autem facta non ſic, ſed animo inducendi Confeſſarium ad aliquod crimen, nullo pacto eſt ſacramentalis, nec obligat ad ſigillum ſacramentale. Tamb. *in meth. confeſſ. de ſigillo cap.* 1. & Com. Tum quia illa non eſt confeſſio, ſed modus occultandi hæreſim, & ſecretò alios pervertendi.

De Luca, Fenech. *de ſigillo n.* 77. adducit quemdam Confeſſarium fuiſſe punitum, quia non manifeſtavit conſpirationem factam, quam alter in confeſſione ipſi ſpecificaverat non animo ſe accuſandi, ſed animo illum ad eamdem conſpirationem trahendi. A fortiori eſt idem dicendum in caſu noſtro de hæretico.

Immeritò autem Bord. pro ſe citat Dianam *par.* 1. *tr.* 4. *reſ.* 23. Bonac. Aegidium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& alios; quia illi loquuntur de mulie.e ſollicitante Confeſſarium ad inhoneſta: hæc utique non eſt à Confeſſario denuncianda; quia non eſt hæretica, nec ſuſpecta de hæreſi: *v.* 494. in caſu verò noſtro pœnitens ſollicitans ſolicitat ad hæreſim, & inde comprehenditur hæreticus, ac propterea eſt à Confeſſario denunciandus.

281 Qui verò audit pœnitentem Confeſſario ſuam hæreſim, ſive ſecretò, ſive publicè ob majorem verecundiam verè confitentem, non debet illum denunciare; quia nedum Confeſſarius, ſed etiam alii caſu audientes tenentur ad ſigillum ſacramentale, Scotus *in 4. diſt. 21. q. 2. §. de quarta concl.* & Bord. *in man. conſult. ſect. 18. n. 26.*

## QUÆRES IX.

282 *An ſit denuncianda mulier, quæ ſemel maleficium, aut ſuperſtitionem fecit?*

Genuenſis, cui adhæret Diana *par. 2. tr. 17. reſ. 66.* tenet, non eſſe denunciandam, niſi ſuperſtitio, &c. ſaperet manifeſtè hæreſim, & ſimplicitas, aut alia juſta cauſa non excuſaret.

Reſp. eſſe denunciandam; quia edictum abſolutè præcipit denunciari delicta ſuſpecta de hæreſi committentes, & non utitur verbo *exercentes.* Alioquin nedum non eſſet denuncianda mulier, quæ ſemel maleficium, aut ſuperſtitionem fecit, ſed neque, quæ bis, aut ter; nam duo, aut tria facta non faciunt exercitium. Tum quia, quæ ſemel maleficium fecit, verè delictum in edicto comprehenſum commiſit. His rationibus denunciandus eſt Confeſſarius, qui ſemel ſolicitavit: *n. 589.*

## QUÆRES X.

283 *An quando præcipitur delictum denunciandum ex præſumptione, quà ſit, ſciens in tali caſu præſumptionem deficere, teneatur ad denunciandum?*

Negant apud Dianam *par. 1. tr. 4. reſ. 10.* Homobonus, Riccius, & Valerus, qui hæc habet.

*Quintò fallit in his, in quibus edictum ſe fundat in præſumptione, ut in Chyromanticis, Necromanticis, & aliis, qui ex inſpectione rimularum, vel linearum manuum aliqua prædicunt, ſi alias ego certè ſcio non habere tales pactum ullum cum dæmone, non teneor denunciare; nam motus Sixti V. circa hoc editus fundat ſe in præſumptione. In dubio autem tenetur quis denunciare.*

Reſp. teneri denunciare. Freiras apud Dianam *cit.* 1. quia judicium ſuſpicionis hæreſis ſpectat ad Inquiſitores, 2. quia hujuſmodi cenſentur ſuſpecti ſuſpicione juris de jure; & hac ratione in *n. 603.* dicimus, mulierem teneri denunciare Confeſſarium ſollicitantem, quem ſcit ex pura fragilitate ſollicitaſſe, non obſtante, quòd Bulla Greg. XV. fundetur in præſumptione, ut liquet ex illis verbis: *Nos in animum inducere nequeuntes.*

## QUÆRES XI.

284 *An omittens denuntiationem hæretici, aut ſuſpecti de hæreſi, ſit ſuſpectus de hæreſi, & denunciandus?*

Quoad omittentem denunciationem ſuſpecti de hæreſi, non eſſe ſuſpectum, tenent Carena *par. 2. tit. 9. n. 4. & 46.* & Lupus apud Bord. *in man. conſult. ſect. 18. n. 72.* ac proindè non eſſe denunciandum, quia præſumptio non oritur ex præſumptione, n. c ſuſpicio ex ſuſpicione. Bord. vero *cit.* vult, eſſe ſuſpectum de levi; concedit tamen ſub *n. 37.* quòd non ſit denunciandus: illud mihi verum eſt, quòd non ſit fautor hæretici, quia ſuſpectus de hæreſi non eſt hæreticus. Leander *de cenſur. tr. 3. diſp. 1. q. 27.*

285 Quoad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

285 Quoad omittentem autem denunciationem hæretici, cùm poſſit, Carena *cit.* tenet eſſe leviter ſuſpectum; imò nullo pacto eſſe ſuſpectum, ſi omittat ex metu, aut alia cauſa in ſe honeſta, conſanguinitatis, amicitiæ, &c. quia tunc præſumitur omittere, non ut defendat hæreſim, niſi ea amicitia, & familiaritas eſſet nimis aſſidua, aut niſi teneatur denunciare ex officio; tunc quidem induceretur vehemens ſuſpicio. Diana *par.* 4. *tr.* 7. *reſ.* 21. ¶. *Et tandem.*

Addit Bord. *cit. n.* 73. cum Lupo, quòd omittens denunciationem hæretici, licèt ſit ſuſpectus de hæreſi, non ſit denunciandus; quia non debet dari proceſſus in infinitum. Nec obſtat, quòd edictum præcipiat denunciationem ſuſpecti de hæreſi; quia loquitur de ſuſpectis ob alia delicta poſitiva patrato.

Hinc Lupus *pag.* 70. *diff.* 2. & Del Bene *dub.* 26. *n.* 2. cum aliis tenent, perſonas privatas omittentes denunciare Inquiſitori, cùm poſſint, hæreticum, non eſſe fautores hæretici, ſi ſolùm teneantur ex præcepto edicti Generalis Inquiſitorum; ſed peccare contra obedientiam, & incidere in cenſuram edicti, ac inde eſſe puniendos ab Inquiſitoribus non pœna ordinaria fautorum, ſed ad arbitrium tanquam inobedientes mandatis: illis adhæret Diana *cit.* At Alphonſus de Caſtro, & Leander *cit. q.* 31. docent, eos eſſe fautores.

286 Certum tamen mihi eſt, quòd ſi iſti omittentes, ſeu non revelantes hæreticum, cùm poſſint, ad id teneantur ex officio, ut ſunt Notarii, Socii, Satellites, & ſimiles ex officio Sancto Tribunali inſervientes, & teſtes legitimè interrogati, qui veritatem celant, aut minuunt, ſint ſuſpecti de vehementi, & fautores hæreticorum: ità cit. DD. ac proinde ultrà excommunicationem edicti, incurrunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ, & ſunt denunciandi.

Idem dico cum Diana *cit.* ¶. Notandum, de perſonis privatis, ſi ex ſpeciali præcepto vocentur ad veritatem dicendam, & non accedere; aut requiſitæ à miniſtris auxilium contra hæreticos præſtandum, [illegible] tant.

Idem de perſona privata, quæ [illegible] denunciando hæreticum, eum, qui [illegible] tus denunciare, aut conſilium [illegible] habetur poſitivum delictum.

Præfati autem omnes à fautoria [illegible] tur, ac inde ab excommunicatione in Cœna Domini, & ſuſpicione hæreſis, tanquam [illegible] poſitivè favent hæretico, non [illegible] aliam cauſam in ſe honeſtam, [illegible] metus, periculi, conſanguinitatis, [illegible] &c. Bord. *cit. ſect.* 14. *à n.* 12. Leander *q.* 1. & 2. cum Communi; quia ad [illegible] dam fautoriam requiritur, quòd [illegible] favendi ſit hæreſis; cùm enim cenſura Bullæ Cœnæ feratur in hæreticum propter [illegible] ſim, ita ferri debet in fautores hæreticorum ut talium; quia acceſſorium ſequitur principale.

Hoc verò locum habet in foro conſcientiæ; quoniam in foro externo [illegible] fautor, excommunicatus, & ſuſpectus [illegible] hæreſi, niſi probet, quòd omiſerit [illegible] cauſa.

## CAPUT VI.

*De delictis ad S. Officium ſpectantibus.*

### QUÆRES I.

*Quid ignorantia operetur.*

287 RESP. ignorantiam culpæ [illegible] culpa. Hinc in aliquibus [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...ibus, in quibus non adeſt pactum expli-...um cum dæmone, ſed ſolum implicitum, ...ignorantia, & ſimplicitate mulierculæ ſæ-...excuſari ſolent à culpa mortali. Quid au-...m requiratur ad peccatum mortale, fusè ...ctum eſt in tom. 1. de peccatis.

288 In illis autem caſibus, in quibus quis ...cuſatur à culpa mortali, excuſatur à pœ-...; quia pœna ſequitur culpam, ac proin-...de non afficit ignorantes. Bord. *in Trib. fidei ...q1. n. 35.* qui *n. 36.* addit.

*Procedunt dicta non ſolùm in foro conſci-...tia, in quo aſſerenti ignorantiam creditur; ...ia agitur de intereſſe animæ, cujus nullus ...præſumitur immemor, cap. Sancimus 16. 1. ...q7. nam cuique in foro conſcientiæ, tam pro ...quàm contra ſe creditur, ex cap. Signifi-...caſti 18. de homicidio: verùm etiam in foro ...externo: quia utriuſque fori idem eſt judici-...um.* Sair. Sanchez, &c. Valerus *in prælud. dif-...fer. utriuſque juris, v. Forus, aſſerens, valere ...argumentum à foro interno ad externum, & è ...contra. Id verum dicunt, niſi forus externus ...fundetur in præſumptione, in quo caſu alle-...gans ignorantiam, eam probare tenetur.*

Quamvis igitur in foro externo ſecun-...dùm externa procedatur, adhuc forus inter-...nus poteſt juvare pro externo, ſi conjunctu-...ræ, & circumſtantiæ extrinſecæ qualitatis ...perſonæ, actionis, temporis, &c. ſint tales, ...ut rationabiliter, & prudenter inducant ad ...arguendum ignorantiam, ſimplicitatem, aut ...perfecti voluntarii defectum.

## QUÆRES II.

289 *Quales ſint propoſitiones pravæ ad S. Officium ſpectantes?*

PRopoſitiones pravæ ad S. Officium ſpe-ctantes ſunt plures, juxta quindecim gra-...dus, quos ſatis doctè affert Bord. *in Trib. fi-*



*dei cap. 14. à n. 77. ad 88.* & ſunt propoſitio hæretica, erronea, ſapiens hæreſim, impia, temeraria, maleſonans, ſeu piarum aurium offenſiva, ſcandaloſa, periculoſa, arrogans, ſeditioſa, ſchiſmatica blaſphemia, maledica, ſeu injurioſa, & improbabilis.

## 1. PROPOSITIO HÆRETICA.

290 EST, quæ immediatè opponitur propoſitioni immediatè à Deo revelatæ: propoſitio revelata dicitur, & conſequenter de fide, 1. quæ eſt expreſſa, aut contenta in Sacra Scriptura antiqui, aut novi teſtamenti ab Eccleſia recepta: ut *Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit*, 2. quæ ab Eccleſia Univerſali in Concilio Generali legitimè congregato, aut à Sede Apoſtolica, ſeu à Summo Pontifice, tanquam ad fidem pertinens eſt definita, ut ex Trid. *ſeſſ. 6. can. 5. Liberum hominis arbitrium poſt Adæ peccatum non eſt amiſſum, & extinctum: v. n. 298.* Tertiò, quæ ex Apoſtolicis traditionibus eſt communi uſu Eccleſiæ recepta.

291 Traditiones Apoſtolicæ ex Trid. *ſeſſ. 4.* ſunt: *Quæ ipſis Chriſti ore ab Apoſtolis acceptæ, aut ab ipſis Apoſtolis, Spiritu Sancto dictante, quaſi per manus traditæ, ad nos uſque pervenerunt.*

Quæ traditiones quantæ ſint authoritatis, exprimit immediatè ſequentibus verbis.

*Ortodoxorum Patrum exempla ſecuta, omnes libros, tam veteris, quàm novi teſtamenti, cum utriuſque unus Deus ſit Author, nec non traditiones ipſas, tum ad fides, tum ad mores pertinentes, vel tanquam oretenùs à Chriſto, vel à Spiritu Sancto dictatas, & continua ſucceſſione in Eccleſia Catholica conſervatas, pari pietatis affectu, ac reverentia ſuſcipit, & veneratur.*

Hinc Scotus *in 1. d. 11. q. 1. §. Ad auctoritates.* D. ait: *Nec Chriſtus in Evangelio docuit*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*omnia pertinentia ad diſpenſationem Sacramentorũ, dixit enim diſcipulis ſuis in Joanne, Adhuc habeo multa vobis, dicere ſed non poteſtis portare modò: cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem; multa igitur docuit eos, ſcilicet, quæ non ſunt ſcripta in Evangelio, & illa multa, quædam per ſcripturam, quædam per conſuetudinem tradiderunt.*

292 Traditiones ſpectantes ad fidem ſunt 1. quòd Deus ſolus ſit author utriuſque teſtamenti, 2. quòd Sacra Scriptura ad nos pervenit intacta ſecundùm veritates à Deo revelatas, 3. quòd verus ſenſus Sacræ Scripturæ ſit in Eccleſia Romana, non extra, 4. quòd ſymbolum parvum Apoſtolorum ſit verum Dei verbum canonicum, & legitimum, 5. quòd parvuli ſint baptizandi, 6. quòd baptizati ab hæreticis ſervatâ legitimâ formâ non ſint rebaptizandi, 7. quòd in Sacramento baptiſmi ſint exprimendæ tres perſonæ, 8. quòd Sacramenta ſint tantùm ſeptem, non plura, nec pauciora, 9. quòd Mater Dei fuerit ſemper virgo.

293 Traditiones ſpectantes ad ritus, & mores ſunt, 1. de benedictione aquæ, 2. de orando verſus Orientem, 3. de trina merſione in baptizando, 4. de miſcenda aqua in Calice, 5. de formando ſigno Crucis in fronte, 6. de ſumenda Euchariſtia à jejunis, 7. de abſtinendo à ſervilibus diebus Dominicis, & ſimiles, quæ minimè in ſacris libris ſcriptæ reperiuntur, ſed apud ſanctos Patres acceptæ ab Apoſtolis edoctis à Chriſto; nam ex Joan. ult. *Multa alia fecit Jeſus, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc*; unde Paulus ad Theſſ. 2. ait: *Tenete traditiones, quas accepiſtis, ſive per ſermonem, ſive per epiſtolam.*

294 Præter traditiones divinas dantur traditiones Eccleſiaſticæ, quæ poſt tempora Apoſtolorum ſunt à Prælatis Eccleſiæ introductæ: ut ſolemnizatio Paſſionis, Reſurrectionis, Aſcenſionis, & Pentecoſtes: item Paſſio, Reſurrectio, &c. prout ſunt partes, non ſint traditiones, ſed articuli fidei contenti in Sacra Scriptura; prout tamen ſolemnizantur cum abſtinentia à ſervilibus, ſunt traditiones.

295 In dubio, an traditio ſit divina, habens pro Authore Chriſtum, ſeu Deum, vel Eccleſiaſtica habens pro Authore Miniſtros Eccleſiæ? cenſendam eſſe Eccleſiaſticam, ait Bord. *cit. n.* 8.

296 Qui opponitur traditioni divinæ quoad propoſitiones ſpectantes ad fidem, & tales ab Eccleſia Catholica receptas, eſt hæreticus; quia talis traditio innititur teſtimonio divino: qui verò opponitur traditioni Eccleſiaſticæ, eſt temerarius, & ſuſpectus de hæreſi; quia (ut inquit Bord.) *Qui contra communi uſu, quem tota ſervat Eccleſia, ac Eccleſiam contemnit, aut de ejus poteſtate dubitat; aut putat eam decipi, & decipere circa morum inſtructionem, quæ vehementem hæreſis ſuſpicionem inducunt*, hinc Auguſt. epiſt. 118. inquit: *Inſolentiſſimæ inſaniæ eſt diſputare, an faciendum ſit, quod tota per orbem frequentat Eccleſia.* Et Scotus in 4. [illegible] q. 1. §. *Ad Auctoritates D.* habet: [illegible] *tionem illam de Evangelio dico, quòd Chriſtum deſcendiſſe ad inferna, non dicitur in Evangelio, & tamen tenendum eſt, ſicut articulus fidei; quia ponitur in ſymbolo Apoſtolorum: ità multa alia de ſacramentis Eccleſiæ non ſunt expreſſa in Evangelio, & tamen Eccleſia tenet illa eſſe tradita certitudinaliter ab Apoſtolis, & periculoſum eſſet errare circa illa, quæ non tantùm ab Apoſtolis deſcenduntur præſcripta; ſed etiam, quæ per conſuetudinem univerſalis Eccleſiæ tenenda ſunt.*

Denique propoſitio, contra quam ſacris Conciliis determinantibus ſpecta-

eiſdem apponitur titulus Anathematis: *Anathema ſit*; eſt hæretica. Sanchez *lib. 2, c. 38. n. 92.*

## 2. ERRONEA

197 Eſt illa, quæ eſt contra veritatem Catholicam obſcuram non jam definitam, vel ſecundùm Bord. eſt. illa, quæ propoſitioni theologicæ opponitur.

198 Propoſitio, quæ ſequitur ex duabus de fide, eſt de fide, quia eſt revelata; nam qui revelat præmiſſas, revelat concluſionem, cùm concluſio contineatur in præmiſſis; liquet hoc ſyllogiſmo: *Omnes Apoſtoli acceperunt Spiritum Sanctum; Petrus fuit unus ex Apoſtolis; igitur Petrus accepit Spiritum Sanctum.*

199 Propoſitio theologica eſt illa, quæ ſequitur ex præmiſſis, quarum una eſt de fide, altera naturalis; nam concluſio ſequitur debiliorem partem: quòd ſi præmiſſa, quæ non eſt de fide, ſit opinabilis, concluſio dicitur theologica opinabilis; ſi verò erit omnino vera, vel quia evidens, vel quia eſt veritas Catholica obſcura, non jam definita, & ſic communiter accepta; tunc dicetur theologica ſcientifica, ſeu ex præmiſſis ambabus omninò veris. Propoſitio autem erronea eſt, quæ opponitur propoſitioni theologicæ omninò veræ: ut *Chriſtus non eſt riſibilis*, quæ opponitur iſti: *Chriſtus eſt riſibilis*, quæ ſequitur ex una naturali, altera de fide, ambabus omnino veris: *Omnis homo eſt riſibilis; Chriſtus eſt homo.*

Pariter hæc propoſitio: *Maria Virgo peccavit venialiter*; quæ poſt definitionem factam à Conc. Trid. *ſeſſ. 6. can.* 23. eſt de fide, antea erat erronea, quia propoſitio negativa oppoſita: *Non peccavit venialiter*; erat veritas Catholica obſcura contenta in illo Cant. *cap. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te*; & in illo Pſalm. 9. *Quæretur peccatum illius, & non invenietur*; ut talis poſtea ab Eccleſia manifeſtata, ac definita.

Hîc facit propoſitio errori proxima, & eſt illa, quæ opponitur concluſioni theologicæ, ità, tamen, ut una præmiſſa ſit evidens apud omnes, altera verò ſit de fide, ſed non apud omnes, adeòque ſit opinativè de fide; vel ità, ut una præmiſſa ſit de fide apud omnes, altera verò ſit evidens, ſed non apud omnes, adeòque ſit opinativè evidens.

## 3. SAPIENS HÆRESIM

200 Eſt illa, quæ opponitur propoſitioni ſapienti fidem, videlicet non revelatæ, nec deductæ, ſed receptæ tantùm ex communi ſenſu Eccleſiæ, ut iſta: *In Quadrageſima abſtinendum eſt ab eſu carnium, & lacticiniorum: Maria Virgo aſſumpta eſt cum corpore in Cœlum.* Quia licet neutra ſit de fide, cùm non ſit hactenus ut talis definita, utraque ſapit fidem, quatenùs eſt recepta ut Catholica ex communi ſenſu Eccleſiæ. Communis autem conſenſus patrum, atque fidelium non facit rem de fide; quia non aliis, aut communitati, ſed ſoli Petro, & ejus ſucceſſoribus, dedit Deus poteſtatem decidendi controverſias in materia fidei.

201 Vel ſecundùm alios eſt illa, ex qua cum alia præmiſſa certa ſequitur hæreſis; ut hæc propoſitio: *Omnis homo exiſtens Panormi eſt in peccato mortali*; ex qua, additâ hâc aliâ propoſitione certâ: *Infantes Panormi exiſtentes ſunt homines*; ſequitur hæc propoſitio hæretica: *Infantes Panormi exiſtentes ſunt in peccato mortali*; quæ eſt hæreſis Buceri qui dicebat multos baptizatos ſtatim morientes damnari, & alios non baptizatos ſalvari.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 4. IMPIA

202 Eſt illa, quæ opponitur propoſitioni piæ, quæ ſcilicet non revelata, non deducta, non ſolemnizata fovet Religionem, fidem, charitatem, & devotionem Bord. *cit. n.* 84. Propoſitiones piæ ſunt. Quòd Angeli Cuſtodes, & Sancti Advocati nobis aſſiſtant in extremo vitæ periculo. Quòd Angeli comittentur animas ad cœlum. Quòd Mater Dei viderit in hac vita divinam Eſſentiam: ità Bord.

203 Qui colligat, propoſitionem fidei, theologicam, ſapientem fidem, & piam, eſſe quatuor ſpecies, & gradus propoſitionis Catholicæ, gradatim ſuam certitudinem habentes, primam ex divino teſtimonio, 2. ex deductis per conſequentiam logicam, 3. ex ſolemnizatis, ut eſt Aſſumptio Virginis cum corpore in Cœlum, quæ eſt accepta ex communi ſenſu Eccleſiæ, & ſolemnizatur ejus feſtum; ab Eccleſia autem non ſolemnizatur feſtum, niſi de Sancto; nec poteſt decerni officium de objecto non ſancto. Bord. *in man. conſult. de anno* 1693. *ſect. nu.* 18. quartam demùm ex piis operibus. Deſcendamus igitur ad alias ſpecies, ſeu alios gradus.

## 5. TEMERARIA.

204 Eſt, quæ caret authoritate, & ratione: ut *Mundus ceſſabit intra centum annos. Chriſtus poſt reſurrectionem fuit in arca fœneris per* 40. *dies. Diſcipuli Joannis Baptiſtæ fuerunt illi, qui clamaverunt: Crucifige, crucifige.* Alphonſus de Caſtro *lib.* 1. *de juſta hæret. punit. cap.* 2. *v. num.* 223.

## 6. MALESONANS

205 Eſt, quæ ſenſum habet abſurdum, aut alienum à communi, [illegible] modo loquendi Patrum, & Doctorum: *Plures ſæculares ſalvantur, quàm Eccleſiaſtici. Deus facit malum.*

206 Huic accedit propoſitio æquivoca, quæ habere poteſt ſenſum Catholicum, & hæreticum; & tunc Judex fidei eam proferenti concedit, ut ſe declaret; & ſtatur menti proferentis, niſi aliud obſtet; [illegible] Bord. *cit. n.* 86. *verba non ſunt intelligenda, ſecundùm quod ſonant, ſed ſecundùm mentem proferentis, cap. Intelligentia* [illegible] *propterea* 8. *c. In iis* 15. *de verb. ſignif. quia non eſt potentior verbis, l. Labeo* 7. *in pr. ff. de ſuppel. legat. ſed mentem, & animum* [illegible] *nemo novit, niſi ipſe loquens; ergo* [illegible] *dum eſt in interpretatione ſuorum verborum.*

Eò maximè, quia in obſcuris favendum eſt magis reo, quàm actori; quoniam [illegible] ſunt in benigniorem partem interpretanda, *l.* 57. *ff. de reg. juris.*

Hinc Lazarius apud Bord. *cit. n.* [illegible] in hac blaſphemia: *Per il corpo di Dio* [illegible] dum eſſe menti proferentis, an ſcilicet verba protulerint de Deo incarnato, [illegible] ut in ſe. Similiter hæc verba: *Per la* [illegible] *il ſangue di Dio Padre*; nō ſūt hæreticalia, quando non intelliguntur de Deo incarnato, ut ſi dicatur: *Per il corpo, per il ſangue* [illegible] *Dio Padre*; aliter trahi poſſunt in bonum ſenſum, ut intelligantur de Deo incarnato. Bord. *in man. conſult. ſect.* 45. *n.* 67.

207 Dixi, *niſi aliud obſtet*; quia circumſtantia perſonæ propoſitio, quæ [illegible] æquivoca, & trahi poſſet in bonum ſenſum, eſt malè ſonans, & piarum aurium offenſiva; putà ſi qui eam profert, fuerit aliàs [illegible]

S. Officio, ſi ſit malæ famæ, ſi de genere infidelium, aut de loco infecto, &c. tunc quidem ex præſumptione juris non cenſetur habuiſſe rectam mentem, ſed præſumitur ſuſpectus.

## 7. SCANDALOSA.

208 Est, quæ eſt aliis occaſio malè ſentiendi quoad res fidei, aut quoad mores, ut ex Alphonſo de Caſtro, quòd hæretici non ſint puniendi, quòd jejunium ſit impertinens Chriſtianæ perfectioni, quòd majoris meriti ſit eleëmoſyna, quàm Sacrificium Miſſæ.

Meliùs, & benigniùs, propoſitio ſcandaloſa dicitur illa: *Quæ docet aliquid, quod præbet aliis occaſionem ruinæ.* Hoc pacto, ut ſcandaloſas damnat 45. *propoſ. Alex. VII. & Innoc. XI. in tom.* 1. ut conſtat ex Decretorum exordio: *Quamplures opiniones Chriſtianæ diſciplinæ relaxativas, & animarum perniciem inferentes &c.*

## 8. PERICULOSA.

209 Est, quæ poteſt eſſe occaſio periculi in doctrina fidei, aut morum: ut *Homo poteſt eſſe perfectus ſine pœnitentia externa, Sufficit pœnitentia in extremis.* 9. Arrogans, quæ plus quàm oportet, concedit; ut plus aſſerit, quàm poſſit probare: ut *Poteſt quis propriis viribus conſequi gratiam, & gloriam.* 10. Seditioſa, quæ zizaniam ſeminat, atque diſcordiam: ut *Quilibet poteſt ſibi juſtitiam facere.* 11. Schiſmatica, quæ tollit unitatem membrorum à capite: ut *Papa non eſt legitimus Superior.*

## 12. BLASPHEMA.

210 Quæ eſt contumelia contra Dei laudem, & honorem ei debitum. Sub hac definitione comprehenditur blaſphemia in Sanctos, & res ſacras; quia injuria in Sanctos, aut res ſacras, redundat in Deum, ex illo Luc. 16. *Qui vos ſpernit, me ſpernit*, & Pſal. 150. *Laudate Dominum in Sanctis ejus.*

211. Blaſphemia eſt duplex, ſimplex videlicet, quæ nil continet contra fidem, ſed tendit in ſolam Dei vilipenſionem; & hæreticalis, de qua in præſenti eſt ſermo, & eſt illa, in qua quoad verba continetur error contra fidem, intellectus tamen illi errori non aſſentitur. Et hæc eſt Inquiſitoribus denuncianda. Univerſaliter illa propoſitio eſt hæreticalis, in qua aliquid demitur, quod eſt de fide: ut *Deus non eſt juſtus*; aut aliquid additur, quod eſt contra fidem: ut *Deus eſt author peccati.* Sine tamen errore in intellectu; nam ſi ei correſpondeat error in intellectu, de ea eſt diſcurrendum, ut de propoſitione hæretica; ſeu ut de hæreſi, nimirum quòd non ſolùm ſit denuncianda, ſed etiam quòd non poſſit abſolvi, neque virtute Bullæ, aut Jubilæi: *vide n.* 281. *&* 289. Hic de fide dicitur, non ſolùm quod eſt definitum ſed etiam quod eſt dogma fidei, aut ſapit fidem.

212 Vocare amaſiam Deum, aut idolum ſuum, non eſt blaſphemia; quia hæc verba non accipiuntur in ſenſu proprio, ſed hyperbolico. Diana *par. 5. tr. 13. reſ.* 20.

213 Hæc verba: *Oh pater, & diabole*; videntur blaſphemia hæreticalis; quia ly, *Pater*, ſupponit pro Patre æterno, cui additur eſſe dæmonis. Taner. tamen *tom. 4. tr. 2. q.* 54. ait, nullam eſſe blaſphemiam; quia blaſphemia eſt, quæ aliquid de Deo enunciat, quod ipſi non convenit, aut aliquid negat, quod ipſi convenit; præfata autem verba non ſunt hujuſmodi; quia neque affirmant, neque negant; unde particula illa, & eſt purè materialis conjunctio, non minùs, ac ſi diceretur: *Oh pater, & Joannes.* Hinc neque illi,

qui ea proferunt, ſcire ſolent, quid dicunt; ſed ea proferunt ob impatientiam. Quòd ſi quis ea verba intenderet dicere eo modo, quo dicitur: *Oh pater, & fili*: ſubſtituendo loco filii diabolum, utique eſſet hæreticalis blaſphemia. Ita Tancr. qui tamen monet, deterrendos eſſe ab hoc pravo modo loquendi fideles.

214 Hæc verba: *Pota di Dio*; ſunt blaſphemia hæreticalis, quia non convenit Deo hoc membrum. Bord. *in man. conſult. ſect. 45. n. 65.*

215 Hæc alia verba, in quæ ſolet quis ex ira prorumpere: *Puttana di Dio*; ſed paulò poſt ſubdit: *Bacco*, vel *Santo Dià*; relicto, *volo*, eſſe blaſphemias hæreticales, tenet Auctor caſuum conſcientiæ Bononiæ diſcurſorum apud Dianam *par. 6. tr. 8. reſ. 38.* quia licèt in utroque caſu non ſint completa verba, eſt completus ſenſus verborum blaſphemiã continentiũ; nam ea proferens, oſtendit affectum, & principium facti blaſphemandi.

Dico tamen, non eſſe blaſphemias hæreticales, cum Diana cit. & Ricciullo apud ipſum quia ea non ſunt verba perfecta. Tum quia iſti requiſiti, reſpondere ſolent, id ſic proferre, ut ſe cohibeant à dæmonio ſancto. Idem dicunt de *Sancto Diantani*; nec obſtat ratio in oppoſitum; quia falſum eſt, quòd conſtet de affectu; hic namque conſtare non poteſt, niſi ex verbis, quæ cùm non ſint perfecta, non poſſunt arguere affectum perfectum; quoniam *verbum oris eſt ſignum verbi quod intus latet.* Tum quia, quando verba poſſunt accipi pro blaſphemia, & non blaſphemia, debent accipi pro non blaſphemia. Tamb. *lib. 2. Dec. cap. 6. §. 4. n. 19.* ex multis; nam verba in dubio non ſunt accipienda, ut ſonent delictum; quia delictum non eſt præſumendum, niſi clarè conſtet. Facere dæmonium ſanctum eſt blaſphemia hæreticalis; at Joſeph. de Auguſtino *in brevi notitia de præc. n. 14.* ait, in Sicilia propter communem uſum habere rationem ſimplicis blaſphemiæ. Hujuſmodi uſitationem taliter ... edictum Inquiſit. Regni Siciliæ in fine, ... tales blaſphemos acriter comminatur.

Hæc blaſphemia: *Per l'anima di Dio*, intelligendo non Deo incarnato, ſed de Deo ut in ſe, eſt hæreticalis; eam tamen ... rem video in Sicilia: *v. n. 206.*

216 *Renego S. Petrum*; ſimpliter de ... Sanctis: eſſe blaſphemiam hæreticalem, tenet Bord. *in man. conſult. ſect. 45. n. ...* cum Caſtrop. quia negando quis ... Sancti, negat conſequenter ejus ... tionem, beatitudinem, &c. Id negant ... rena *par. 2. tit. 7. n. 12.* Sanchez, ... Salelles, & alii apud Bord. *cit.* quia non negatur de Sanctis aliqua veritas pertinens ad fidem, ſed ſolum dicitur verbum contumelioſum in Sanctis. Affirmo tamen cum ... Inquiſit Siciliæ.

217 Blaſphemia hæreticalis eſt proferre verbum deſtructivum virginitatis ... Dei, aut alterius Sanctæ, quam Eccleſia ... & tenet virginem, v. gr. dicendo: ... *puttana, &c.*

218 Bord. *in man. conſult. ſect. ...* ait, non eſſe denunciandum illum, qui ... *Voglio negar la fede, e farmi Turco* ... *più toſto negar la fede, e farmi Turco* ... *vire, &c.* quia e dictum præcipit ... delicta jam commiſſa, non commi... Imò utraq; propoſitio eſt quædam ... ratio ex ira, non voluntas ſeria ...

219 Blaſphemia quæcumque, ſive ex ... vore iracundiæ, ſive ex joco prolata, eſt ... talis; quia ſemper vergit in diminutionem divini honoris.

Si quis autem ex paſſione aliqua ... blaſphemiam, etiam hæreticalem, ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ret, non advertens, nec conſiderans ſignificationem verborum, non peccaret mortaliter. Si verò plenè advertit eſſe verba blaſphemiæ, & volens in illa prorumpit, mortaliter peccat, licèt ſubitò, & ex paſſione in illa prorumpat; quia contra divinum honorem, & fidem non datur parvitas materiæ; inde blaſphemia non poteſt, niſi ex indeliberatione, à mortali excuſari: *v. tom. 1. de peccatis.*

220 Blaſphemiæ hæreticales in Inquiſitione Romana cenſentur ſuſpectæ de vehementi; nam ibi ex verbis arguunt intentionem; juxta illud Matth. 15. *Quæ procedunt de ore, de corde exeunt.* In Inquiſ. verò Hiſpan, regulariter habentur ſuſpectæ de levi, quatenus in noſtris Regnis expertum eſt, hujuſmodi blaſphemos potiùs ex ira, paſſione ex lubrico linguæ in blaſphemias prorumpere, quàm ex prava intentione, quia malè ſentiunt. Quia tamen verba in ſe continent hæreſim, ideò putant eos leviter ſuſpectos.

Dixi, *regulariter*, quia aliquando attentâ qualitate blaſphemantis, & blaſphemiarum, cenſentur ſuſpecti de vehementi, & abjurant de vehementi.

221 Catalogum blaſphemiarum hæreticalium affert Bord. *in Trib. fidei cap. 25. &* ... *q. 45. à n.* 10. & præſertim *in man. conſult. de anno* 1693. *ſect. 45. à n'* 60. *ad* 167. ubi omnes ferè refert; quæ tamen omnes ex dictis faciliter qualificantur: *v. n.* 796.

## 13. MALEDICA.

222 Seu injurioſa eſt, quæ proximi injuriam continet ut *Epiſcopi ſunt tyranni: Religioſi ſunt in ſtatu peccati.*

## 14. IMPROBABILIS.

223 Eſt, quæ caret ſolido fundamento, aut eſt reprobata ab Eccleſia; hujuſmodi ſunt omnes propoſitiones, hactenus à Summis Pontificibus damnatæ, de quibus *in tom.* 1.

224 Propoſitio dupliciter dicitur improbabilis, 1. negativè, & idem eſt, ac non probabilis, quæ caret, ſed non opponitur gravi fundamento; hinc non eſt probabilis, ſed non eſt certò falſa: talis eſt hæc propoſitio: *Magnus Turca dormit*? adeòque propoſitio improbabilis negativè opponitur opinioni probabili; quia illa nititur gravi fundamento, hæc non, & coincidit cum propoſitione temeraria.

Secundò, poſitivè, quæ caret gravi fundamento, & inſuper opponitur principiis certis, ac proinde eſt certò falſa. Tales, inquã, ſunt propoſitiones à Summis Pontificibus damnatæ: hæ quidem ſunt improbabiles ante condemnationem; quia ſupponuntur opponi principiis certis, & præſertim poſt condemnationem, quia Romanus Pontifex loquens Eccleſiæ in doctrina morum errare nõ poteſt etiam extra definitionem articuli fidei *v. n.* 306.

225 Recenſiti autem gradus propoſitionis non ſunt ità diſtincti, ut eidem uni propoſitioni convenire non poſſint. Hinc propoſitio Soti: *Defunctus in Purgatorio non manet ultrà decennium*, eſt temeraria, ſcandaloſa, & impia, ut diſcurrenti patet. Et quidem impia; quia fideles à ſuffragiis, & pietatis operibus pro animabus Purgatorii avertit.

226 Item hæc propoſitio: *Religioſi viventes in Religionibus privatis non ſunt de Religione Chriſtiana*; eſt 1. hæretica; quia contra S. Sedis definitionem, 2. ſcandaloſa; quia fideles ab ingreſſu Religionum, & profeſſos à votis ſervandis retrahit, 3. impia; quia ſæculares à pietatis operibus erga Religioſos, & ab eleemoſynis eis miniſtrandis removet, 4. temeraria; quia nullâ ratione, aut authoritate

tate fulcitur, ſed Sanctis Patribus adverſatur, 5. ſcandaloſa; quia dat ſæcularibus occaſionem, ut avertantur à ſtatu perfectiori, & dat eis occaſionem malè ſentiendi de Religionibus, & Religioſis, 6. ſchiſmatica; quia unitatem Eccleſiæ dividit, Religioſos ab illa ſeparans, & 7. injurioſa; quia injuriam contra Religiones continet: *vide nu.* 305.

227 Denique optimè advertit Alberghinus *c. 12. n. 18. Quòd non ſolùm quis poteſt errare circa propoſitionem, ſed etiam illius cenſuram; quare ſi propoſitionem de fide, vel à Theologis, vel à Doctoribus receptam, dicat eſſe erroneam, vel ſcandaloſam, vel temerariam errorem committit, vel hæreſim ſapit, vel temerarius exiſtit, ac ſi de facto propoſitionem negaret; quia virtualiter illam negat, & inſuper contra rationem nota infamiſſillam inurit.*

228 Hinc in Decr. Innoc. XI. de anno 1679. 2. Martii cautum eſt.

*Tandem, ut ab injurioſis contentionibus Doctores, ſeu ſcholaſtici, aut alii quicumque impoſterum ſe abſtineant, & ut paci, & charitati conſulatur, idem Sāctiſſimus in virtute S. Obedientiæ præcipit, ut tam in libris imprimendis, ac manuſcriptis, quam in theſibus, diſputationibus, ac prædicationibus caveant ab omni cenſura, & nota, nec non à quibuſcumque conviciis contra eos propoſitiones, quæ adhuc inter Catholicos hinc inde controvertuntur, donec à S. Sede recognitâ ſuper iiſdem propoſitionibus judicium proferatur.*

## QUÆRES III.

229 *Quæ ſint alia delicta, in quibus delinquentes ſunt denunciandi?*

Denunciandi ſunt 1. hæretici, & ſchiſmatici, eorumque fautores, & receptores, & proferentes propoſitiones in ſuperiori quæſito expreſſos.

Item docentes, defendentes, aut prædicantes aliquam ex propoſitionibus damnatis, de quibus *in tom. 1.*

230 2. Apoſtatæ à fide, vulgò renegati, licèt non habuerint errorem in intellectu, ſed tantùm exteriùs fidem negaverint, qui non deſinunt eſſe vehementer ſuſpecti in foro externo ſecundùm externa procedenti: *vide n. 287.* In foro tamen conſcientiæ non incurrunt excommunicationem Bullæ Cœnæ; unde poſſunt à quolibet Confeſſario abſolvi. Maſtrius *diſp. 10. q. 1. art. 3. n.* 140. Diana *par. 3. tr. 4. reſ. 143.* cum aliis multis: *vide n. 282.*

231 Hìc non comprehenduntur apoſtatæ à Religionibus, niſi apoſtaſiæ aliquid addant, quod ſapiat hæreſim; putà ſi transeant ad partes hæreticorum, ſi habitum Religioſum pedibus conculcent, aut blaſphemias in Religionem evomant.

232 3. Spretores campanarum, quia hic eſt unus ex Turcarum erroribus. Item imagines conſpurcantes, & percutientes, etiamſi ex iracundia faciant.

233 4. Confeſſarii frangentes ſigillum confeſſionis cum aliquo errore in intellectu circa fidem, putà ſi defendant, id licere, ac malè ſentiant de Sacramento. Quòd ſi non appareat error contra fidem, ſunt puniendi à propriis ſuperioribus ordinariis. Diana *par. 4. tr. 8. reſ. 95.*

234 5. Omnes ſuperſtitioſi. Ad hoc autem, ut ſuperſtitio onus denunciationis pariat, duo requirit, 1. ut adſit expreſſa, vel tacita dæmonis invocatio, 2. quòd ſit mortaliter peccaminoſa. Lupus *par. 3. q.* *art. 4. diff. 2. pag. 257.*

235 6. Denique denunciandi ſunt infideles negantes circa fidem, quæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

... Chriſtianis communia; quæ quidem ... breviter, & ſatis recenſentur in Summa ... *ver. Inquiſitorum juriſdictio*, in quæ ... *n.* 103. ex Diana *par.* 4. *tract.* 7. *reſ.* ... ut ſequitur.

236 *Procedere etiam poſſunt ex Bulla Gre- ... XIII. edita anno* 1581. *contra Judæos ... quæ habent cum Chriſtianis com- ... circa fidem, ut Deum eſſe unum, æter- ... omnipotentem, omnium creatorem; aut ... etiam privatim inſinuantes: & ex ... capite punire poſſunt Judæos, ſi ad ſectam, ... Saracenorum tranſierint; quia tunc ne- ... habent peccare in his, quæ communiter ... credunt; ita Directorium par.* ... *quæſt.* 46. *contra Souſam lib.* 1. *cap.* 37. ... 27.

*Dæmones item invocantes, conſulentes, eis ... antes, thus & alias fumigationes offe- ... verbo, facto, exemplo hujuſmodi ne- ... docentes Chriſtianos.*

*Chriſtum purum hominem, aut peccato- ... Dei ve Matrem non virginem, ſimileſ- ... hæreticales blaſphemias proferentes.*

*Auxilio, conſilio, opere Chriſtianum à fide ... impias ſectas, ſuperſtitiones, aut hæreſim ... antes.*

*Aliquem à fide, vel baptiſmo, poſt ejus de- ... nutu, verbo, facto aut alio quocum- ... modo voluntatem, retrahentes, dehortan- ... aut quovis modo impedientes.*

*Hæreticos, apoſtataſque ſcienter receptan- ... alentes, commeatu juvantes, aſſocian- ... deducentes, vel deducendos, & aſſocian- ... curantes, defendentes, & quomodolibet ... auxilium, conſilium, favorem deferentes, ... facientes, ne ab eis perpetrata inveſtiga- ... queant.*

*Prohibitos libros deferentes, retinentes, ... divulgantes, vel ad eam operam ſuam ... conferentes.*

*Deriſioni habentes Chriſtianos, Sacram hoſtiam, Crucem, Chriſtum Dominum conſpuentes, vel facientes quid ſimile.*

*Agnum, ovem, aut aliquid Cruci affigentes, aut appendentes.*

*Chriſtianas nutrices tenentes, vel cogentes quando communicant, uno, aut pluribus diebus effundere lac in cloacas, aut latrinas.*

*Et in his caſibus Inquiſitores procedere poſſunt, non ſolùm contra Judæos, ſed etiam Mauros, & alios quoſcumque infideles.*

237 Superiores omittentes legere Decreta Summorum Pontificum ad S. Officium ſpectantia, quæ quotannis publicè legi mandantur, non ſunt ſuſpecti de hæreſi, nec denunciandi, niſi priùs moneantur; quia pro ipſis ſtat præſumptio inadvertentiæ, & oblivionis. Hinc Urb. VIII. die 11. Februarii 1638. tempus publicationis eorum determinatum pro feria 6. poſt feſtum Aſſumptionis B. Virginis extendit, & prorogavit pro omnibus Regularibus per totum reſiduum menſis Auguſti: quòd ſi moniti legere non curent, ſunt denunciandi; quoniam idem Urb. præcepit omnibus Inquiſitoribus, ut invigilarent ſuper obſervantia Decreti de publicatione quotannis facienda, denunciationes contra tranſgreſſores reciperent, ac proceſſus formarent. Bord. *in man. conſult. ſect.* 55. *n.* 19.

238 Impedientes verò lectionem præfatorum Decretorum, eſſe ſuſpectos de hæreſi, & denunciandos, non eſt dubium.

239 Denique, qui verbis Sacræ Scripturæ abutuntur, ea miſcendo profanis, & obſcœnis, v. gr. componendo paſchinos, aut libellos famoſos, &c. Conc. Trid. *ſeſſ.* 4. præcipit, juris, & arbitrii pœnis puniri ab Epiſcopis, contra eos procedere poſſunt Inquiſitores. Alberghinus *cap.* 17. *n.* 2. ubi refert ex Umberto, quemdam, qui Hymnum: *Jam*

*lucis ortoſidere*, verbis inhoneſtis immiſcebat, & per ludum recitans, ſigna impudica addebat, fuiſſe in Palatio S. Officii per ejus ſententiam fuſtigatum, actibus legitimis, & voce activa, & paſſiva per decennium privatum, & per triennium qualibet 6. feria jejunio afflictum.

## Q U Æ R E S IV.

240 *Quid ſit ſuperſtitio, & quæ ejus ſpecies?*

SUperſtitio eſt, qua quis cultum divinum exhibet, vel quem non debet, vel cui non debet.

Poteſt igitur divinus cultus vero Deo exhiberi, ſed qui non debet, vel modo indebito: ut ſi quis Deum coleret per circumciſionem, aut cæremonias, & ritus veteris legis, quæ quidem ſignificant Chriſtum venturum. Et hoc eſt primum ſuperſtitionis genus. Ulterius cultus divinus exhiberi poteſt, cui non debetur, nempe creaturæ, & falſo Deo. Et hoc eſt ſecundum ſuperſtitionis genus. Cujus quinque ſunt ſpecies, Idololatria, Magia, Divinatio, Vana obſervantia, & Maleficium.

## IDOLOLATRIA.

241 EST, qua divinus cultus alicui creaturæ tanquam Deo exhibetur.

## M A G I A.

242 EST duplex, naturalis ſcilicet, & dæmoniaca: naturalis eſt ratio, ſeu facultas operandi mira per cauſas naturales abſque ope dæmonis; & hæc non eſt ſuperſtitionis ſpecies: dæmoniaca verò eſt ratio, ſeu facultas operandi mira ope, & miniſterio dæmonum per ſigna ab ipſis inſtituta; & hæc eſt ſuperſtitionis ſpecies.

## DIVINATIO.

243 EST inordinata rerum occultarum, vel futurarum, quæ naturaliter ſciri nequeunt, inquiſitio, vel praedictio per media à divina providentia non instituta. In divinatione ſemper intervenit pactum expreſſum, vel implicitum cum dæmone.

244 Quamplures ſunt divinationis ſpecies, 1. Necromantia eſt divinatio facta per fictas mortuorum ſuſcitationes, vel locutiones.

2. Geomantia fit per ſigna, & puncta in corpore terreſtri, ut in lapide, ligno, &c.

3. Hydromantia fit per ſigna apparentia in aëre.

4. Pyromantia fit per ſigna apparentia in igne.

5. Chyromantia lineas manus conſiderat.

6. Præſtigium fit, cum dæmon quibusdam apparitionibus præſtigioſis ſe oculis, & ſenſibus hominum ingerit ad occulta pronuncianda.

7. Aſtrologia judiciaria eſt divinatio, quæ fit ex ſitu, motu, ac poſitione aſtrorum, & planetarum, ad præcognoſcenda in particulari eventura, quæ ex libera hominum voluntate pendent.

8. Augurium eſt divinatio ex vocibus, & garritu avium, & animalium deſumpta.

9. Omen eſt divinatio ex hominum vocibus caſu, & præter intentionem prolatis accepta.

10. Sortilegium eſt divinatio facta per electionem ſortium.

Contra aſtrologos judiciarios extant duæ Bullæ, una Sixti V. quæ incipit: *Cœli, & terra*, tenoris ſequentis.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

245 *Nos igitur, &c. damnantes, & reprobantes omne genus divinationum, quæ diabolo auctore in fidelium deceptionem à prædictis curioſis, vel perditis hominibus fieri ſolent, &c. hac perpetuo valitura Conſtitutione, Apoſtolica authoritate ſtatuimus, & mandamus, ut tam contra Aſtrologos, Mathematicos, & alios quoſcumque dictæ judiciariæ aſtrologiæ artem, præterquam circa agriculturam, navigationem, & rem medicam, in poſterum exercentes, aut facientes judicia, & nativitates hominum, quibus de futuris contingentibus, ſucceſſibus, fortuitiſque caſibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus aliquid eventurum affirmare audent, etiam ſi id non certò affirmare aſſerant, & proteſtentur, &c. tam Epiſcopi, & Prælati, Superiores, ac alii Ordinarii locorum, quàm Inquiſitores hæreticæ pravitatis, diligentius inquirant, & procedant: v. n. 113.*

Alia Bulla eſt Urb. VIII. quæ incipit: *Inſcrutabilis judiciorum*, edita die 31. Martii 1631. ubi poſtquam confirmat dictam Sixti V. Bullam, ſubdit.

246 *Et inſuper omnibus, & quibuſcumque locis cujuſcumque ſexus, conditionis, ſtatus, gradus, qualitatis, & dignitatis, etiam Marchionalis, vel Ducalis exiſtētibus, qui de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ, vel Sedis Apoſtolicæ, ſive de vita, aut morte Romani Pntiſicis pro tempore exiſtentis, ejuſque uſque ad tertium gradum incluſivè conſanguineorum, Mathematicos, Ariolos, Aruſpices, Vaticinatoreſque nuncupatos, vel alios aſtrologiam judiciariam exercentes, ſeu aliàs quomodolibet profitentes, de cætero conſuluerint, ſive deſuper eorum judicia, prognoſtica, prædictiones, ſeu præcognitiones, etiam ſibi oblatas receperint, illiſque quomodolibet uſi fuerint, vel illas penes ſe ſcienter retinuerint, aut alicui oſtenderint, nec non iiſdem mathematicis, ariolis, aruſpicibus, vaticinatoribus, ſive aliam aſtrologiam judiciariam, ſeu quamlibet artem divinatoriam quomodolibet profiteri, qui judicia, prognoſtica, ſeu præcognitiones, & prædictiones ſuper præmiſſis, etiam ſi id non certò ſe affirmare proteſtentur, fecerint, ſive ab aliis jam facta, ſeu factas, impoſterum penès ſe ſimiliter retinuerint, vel alicui dederint, ſeu oſtenderint, aut de eis quovis modo etiam improbando, ſcripto, vel verbis tractaverint, nedum excommunicationis majoris latæ ſententiæ, ſed etiam, uti læſæ majeſtatis rei, ultimi ſupplicii, ac confiſcationis omnium bonorum, etiam Romanæ Curiæ Officiorum, & devolutionis quarumcumque Civitatum, Caſtrorum, & locorum juriſdictionalium, & feudalium, &c. v. n. 338. & 344.*

247 Ubi non prohibetur aſtrologia judicans temporum mutationem, ubertatem, ſterilitatem, & ex conſtellationum influxu in nativitate hominis ejuſdem inclinationes naturales, temperamentum, ea, quæ ad ſanitatem pertinent, judicans, & actiones in genere; quia hæc naturaliter ex aſtris poſſunt cognoſci.

Hinc D. Greg. Nazian. ex Phyſiognomia Juliani ſui condiſcipuli ejus pravos animi affectus cōjecit orat. 48. in Julianum his verbis: *Neque enim mihi boni quidquam ſignificare, atque ominari videbantur cervix non ſtata, humeri ſubſaltantes, & ad æquilibrium ſubinde agitati, oculus inſolens, & vagus, vultus lineamenta ridicula, &c.*

248 Prohibetur autem aſtrologia judicās actiones in particulari à libero arbitrio pendentes: *Quoniam ſapiens dominabitur aſtris*; imò prohibetur, etiam ſi aſtrologi proteſtentur ſe non certò affirmare, 1. quia id dicunt ad tegendas fraudes, & vitandas pœnas ſtatutas,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tas, ut advertit Summa Dianæ *cit. nu.* 75. 2. quia ex aſtris neque probabilitas eventûs futuri poteſt haberi, & ex probabilitate eadem ſequerentur inconvenientia. Leſſius apud Dian. *par.* 4. *tr.* 7. *reſ.* 17.

249 Addit tamen Tamb. *lib.* 2. *in decal. c.* 6. §. 1. *à n.* 14. *ad* 18. ex Tol. Valent. Caſtrop. del Rio, & aliis, prohiberi à Sixto V. ex aſtris cognitionem futuri contingentis liberi certam, aut probabilem, minimè purè conjecturalem levem, quia hæc non eſt iniqua jure naturæ, & in Bulla Sixti V. non eſt præceptum prohibens, niſi de eo, quod eſt iniquum jure naturæ: ità ille.

250 Illud mihi verum eſt, quòd licèt ex ſolis aſtris non poſſit haberi, nedum certitudo, verùm etiam neque probabilitas de aliquo futuro libero in particulari, putà de aliqua dignitate obtinenda; poteſt tamen probabilitas, & ſpes de illo haberi, additâ conſideratione temperamenti hominis, & aliarum circumſtantiarum tunc temporis occurrentium, putà quia eſt ſolers, & audax, opportunos patronos habens, &c. hæc namque (ait Sanch. apud Tamb. *cit.*) non eſt divinatio, ſed providentia.

251 Ex dictis conſtat, poſſe Inquiſitores Ægiptianas malam, vel bonam divinantes fortunam punire; à mortali verò excuſantur, tam quæ id faciunt, quàm qui eas interrogant, ſi id faciant ex ſola curioſitate, & animo ridendi. Lupus *pag.* 323. *diff.* 2.

252 Item prohibetur ſcientia Paulina, ſcientia Salomonis, & ſimiles.

253 In chyromantia, augurio, omine, & ſortilegio modò explicato, & ſimilibus, regulariter adeſt pactum implicitum, & tacita invocatio dæmonis, in aliis verò expreſſum. In divinatione, in quâ adeſt pactum expreſſum, ſemper adeſt peccatum mortale.

Ea verò, in qua eſt pactum implicitum, eſtò ex genere ſuo ſit peccatum mortale, cùm honorem divinum tribuat creaturæ, affectãdo cognitionem Deo propriam, qualis eſt occultorum cognitio: excuſari tamen poteſt à mortali ex tribus capitibus: 1. ratione ignorantiæ, & ſimplicitatis: 2. ſi non adhibeatur fides, licèt timeatur ità eſſe, [illegible] turum; ſeu ſi fiant hujuſmodi divinationes, neque animo invocandi dæmonem, ſed jocandi, dummodò nullo modo expectetur occultorum cognitio tanquam vera; hujuſmodi tamen venialiter peccat ratione vanitatis, non ſuperſtitionis: ſic excuſari ſolent, qui ſortes mittunt ad cognoſcendam, quis felicior, qui infelicior; jocandi namque gratiâ id faciunt, non credendi: ità Tamb. cit. *num.* 12.

Tertiò tandem excuſatur, ſi talis occultorum, aut futurorum cognitio, non à dæmone, ſed à naturalibus mediis quæratur, qualis per illa naturaliter poteſt haberi; hæc enim non eſt malum; nam ex certis avium, animalium cantibus, aut motibus prænunciantur aliqua eventura, ut pluvia, tempeſtas, ſerenitas; imò ex iiſdem poſſunt probabiliter colligi aliqua, quæ ad homines ſpectant; eadem namque cauſa, ſeu conſtellatio, quæ v. gr. movet aves ad tales garritus, & motus, movere poteſt homines ad motus, & bella: ità Tamb. cit. & Sanchez in Decal. lib. 2. *c.* 38. & 39.

254 Illud volo te advertere, pactum implicitum cum dæmone, non dici eſſe in aliqua actione, præcisè quia primus ejus inventor habuerit pactum expreſſum cum dæmone, & inde poſteri eam facientes, dicantur habere pactum implicitum; ſed etiamſi nullum unquam fuit habitum pactum expreſſum, adhuc in actione dicitur adeſſe pactum implicitum, ſi actio ſit improportionata naturaliter cum effectu, qui

ur, & effectus non expectetur à Deo ex opere operantis, ſed ex ipſa actione tanquam ex opere operato: vel ſi ipſa actio vana; quia tunc in hujuſmodi actionibus ſe ſolet immiſcere dœmon ad homines decipiendos.

VANA OBSERVANTIA.

255 EST ſuperſtitio quædam, quia medio aliquo improportionato, nec à Deo nec à natura inſtituto, effectus aliquis procuratur, ut ſanitas, ſcientia, &c. à divinatione differt per hoc, quòd illa ad occultorum, vel futurorum tantùm cognitionem ordinetur, hæc verò ad aliquos externos effectus; undè illa honorem divinum tollit, affectando cognitionem Deo propriam, hæc expectando à creatura, quòd à ſolo Deo expectare debet; & hâc ratione, & ratione pacti impliciti eſt pariter ex genere ſuo peccatum mortale, à quo ſimiliter excuſari poterit ex præfatis tribus capitibus, ſicut divinatio: *v. n.* 253.

256 Tacita dœmonis invocatio præſumitur, 1. Quando adſunt verba non ſignificativa, 2. Figuræ inutiles, nomina ignota Angelorum, 4. Falſitates, ſive phyſicæ, ſive morales, 5. Conditiones vanæ, 6. Promiſſio effectus infallibilis ſupra vires mediorum. Tamb. *in Decal. lib. 2. c. 6. §. 2. n. 24.*

257 Panormi eſt dedicata Eccleſia ſeptem principibus Angelis, qui adſtant ante Deum, à Amadeo revelatis, quorum nomina ibi, & in Cathedrali in Sacello Archiepiſcopi Hanibali ſculpta ſunt: *Michael victorioſus. Gabriel nuncius. Raphael medicus. Uriel fortis ſocius. Jehudiel remunerator. Barachiel adjutor. Sealtiel orator.*

Ceterùm ſola priora tria ſunt de fide, quia habentur in S. Scriptura. Quar t m, nempè Uriel, non eſt de fide, ſed magnæ authoritatis, quia habetur *in lib.* 4. Eſdræ *cit.* 4. qui liber, licèt ſit extra Canonicos, fuit tamen annexus ſacris juſſu Sixti V.

Tamb. *c.* totam rem ſatis doctè diſtinguit, tres conſiderando modos, quibus ſuperſtitiones exerceri poſſunt, 1. per ſola ſacra, 2. per ſola non ſacra, 3. per ſacra ſimul, & non ſacra.

SOLA SACRA.

258 PUta, ſi vera ex ſacra Scriptura dicis, vel orationes ſacras à te compoſitas privatim recitas, vel ſcripta tecum geris ad ſanitatem, vel grave quid tibi utile obtinendum. Tunc ſi ſecludas, 1. Adminicula vana, & inutilia in ſimilibus apponi ſolita, quæ ſecundùm vires naturales proportionem non habent cum effectu intento, nec vires ſupernaturales habent ad illum: v.g. ea recitare per tot vices, non plus, nec minùs; uno flexo genu, non aliter, in obſcuro, non ſub ſole, tribus accenſis luminibus, &c. 2. Si ſecludas credulitatem infallibilis eventûs, ſed ſolùm habeas piam ſpem de effectu obtinendo, nec peccas, nec ſuperſtitioſus es; bene verò, ſi præfata duo non ſecludas. Ratio primæ partis eſt; quia quando in verbis, aut rebus ſacris ſperas, in Deo ſperas, & ritè; quia ſacræ litteræ ad Deum cum fiducia confugere, frequenter nos docent; quoniam teſte David in Pſal. 17. *Protector eſt omnium ſperantium ſe*, & Salomon pro bonis temporalibus deprecatus eſt Dominum Prover. 30. *Duo rogavi te, ne deneges mihi, antequam moriar. Vanitatem, & verba mendacii longè à me fac. Mendicitatem, & divitias ne dederis mihi, tribue tantùm victui meo neceſſaria.*

259 Ratio ſecundæ partis eſt: quia præter ſacramenta, & ſacramentalia, nil ex ſacris verbis aut rebus datur, quod infallibilem habeat effectum; unde ſi ab aliis verbis,

aut rebus ſacris illum infallibiliter expectas, à dœmone per tacitam invocationem expectare convinceris: ità Tamb.

260 Nec ſola proteſtatio, qua nolis effectum expectare à Dæmone, ſufficit ad excuſandum à ſuperſtitione, & à peccato, ſi p æ'a:a duo non ſecludas; quia tunc pactum cum dæmo:e, quod renuncias verbis, approbas facto.

261 Hinc ſi pro aliquo morbo ter recites: *Dirupiſti Domine vincula mea, tibi ſanctificabo hoſtiam laudis*; non eris ſuperſtitioſus, ſi trinam repetitionem non uſurpes, ut in ſe, ſed ex devotione in Sanctiſſimam Trinitatem, intendens in ejus honorem effectum impetrare, & hoc pacto [ teſte Tamb. *cit. n.* 4. ] ait Caſſiodorus, variis morbis efficax remedium fuiſſe trinam recenſiri verſus recitationem.

262 Item recitare illum verſum: *In chamo, & fræno maxillas eorum conſtringe*: ad canes latrantes compeſcendos, & illum, *Libera me de ſanguinibus*, ad ſanguinem è naribus profluentem cohibendum, & ſimilia, non erit ſuperſtitioſum, ſi circumſtantias vanas, ac inutiles, & credulitatem infallibilitatis effectus corrigas, aut excludas.

263 Circumſtantiam vanam corriges, ſi orationem ad gratiam impetrandam, quinquies, aut novies recites, non conſiderato numero quinario, aut novenario in ſe, ſed relate ad honorem quinque plagarum Chriſti, & ad novem Angelorum Choros.

264 Eodem modo, ſi alicui morbo caduco arrepto clam ad aurem inſuffles: *O Creatura Dei, memento Creatoris tui*; ſuperſtitioſus eris; quia obſervatio illa ea verba proferendi clam, & non palam, eſt vana. Superſtitioſus autem non eris, ſi hac ablata circumſtantia, & inſufflatione ad aures correcta in hoc, quòd ad aurem verba illa inſuffles eo fine, ut ſic ea morbum patien[ti] [...] at, & Deo ſe commendet. Quæ circ[umſtantia] [ ut bene advertit Tamb. ] non poteſt ha[be]re locum in inſufflatione ad aures equ[i], [quia] equus non eſt capax percipiendi ve[rba], [&] Deo ſe commendandi; unde loquen[do] [de] equo morbo arrepto, ut ſuperſtitio [tollatur], oportet, ut etiã circumſtantia inſufflatio[nis ad] aures tollatur, præcisè recitando verba, [&] ea referendo ad Dei honorem, juxta [illud] Cant. Danielis: *Benedicite omnia opera Domini Domino*: *Benedicite omnes beſtiæ, & pecora Domino*, & Pſalm. 148. *Laudate Dominum de terra, &c. beſtiæ, & univerſa pecora.*

265 Denique, ut ſuperſtitio tollatur, nedum debent tolli, aut corrigi circumſtantiæ inutiles, & excludi credulitas infallibilitatis effectus; verùm etiam debent ſacra adhiberi ad effectũ ſeriũ, ac prudentem [...]dum, puta ad ſanitatem, vel aliquod [...] utile impetrandum, minimè ad effe[ctum] inutilem, ac vanum, v. gr. ad [...]li, &c. quia cum Deus non ſe immiſceat [re]bus vanis, tunc convincitur, effectum [ex]pectari à dæmone.

266 Sub his conſiderationibus, ait Tamb. *cit. n.* 30. ex Sanchez, non eſſe ſuperſtitioſos Empſalmiſtas, qui per empſalmos [...] licet per quoſdam verſus ex pſalmis, [...] alias orationes curant infirmos. Ne[c] quos Hyſpani vocant Salvatores, qui [...]ctu, vel orationibus ſanant morbos. Ne[c] [Pa]raulos, qui nati noctè Converſionis S. Pa[uli] ſputo, vel tactu à morſibus venenoſi[s] [sa]nant, quia hæ ſunt gratiæ gratis datæ, [juxta] illud Pauli ad Corint. 12. *Alii gratia [sani]tatum in uno ſpiritu*: ità Rex Franciæ [...] à Deo gratiam ſanandi ſtrumas, his [...] verbis, *Jo ti toco, e Dio ti ſana*, de quo [Hor]miſda Papa Epiſt. 1. ad Remigium. [...]



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thomas *de Regimin. Princip. lib. 2. cap.16.* unde præfati ſuperſtitioſi non ſunt, niſi aliquid, quod ſuperſtitionem ſapiat, admiſceant, juxta ſuperiùs dicta.

267 Superſtitioſa tamen eſt cartula illa, quam quidam pro viſcerum dolore geſtare ſolent, in qua eſt ſcriptum: *Parer, & Balthaſar, Filius, & Caſpar, Spiritus Sanctus, & Melchior. &c.* quia talis mixtio inter nomina Sanctiſſimæ Trinitatis eſt improportionata, indecens, irreverens, & vana.

## SOLA NON SACRA.

268 QUando non ſacra adhibes ad aliquem obtinendum effectum, ſuperſtitioſus eris, ſi ea vires non habent ſufficientes ad illum. Minimè verò, ſi vires habent naturales, etiam occultas. Et tunc ſolùm teneris excludere, aut corrigere circumſtantias inutiles, ſi quæ ſint, minime credulitatem infallibilitatis effectus, conformiter ad vires naturales rerum quæ adhibentur; nam cauſa naturalis neceſſariò agit.

269 Huc reducitur, quando aliquid agis, aut omittis ſub tali circumſtantia, aut tempore, v. gr. iter agis die Jovis, iter omittis die Martis, non vis tredecim invitatos ſimul discumbere, cum firma credulitate infallibilitatis eventus boni, quem ſperas, aut mali, quod times. Tunc quidem ſuperſtitioſus eris, minimè verò, ſi ei tempori ſit adjuncta circumſtantia, ex qua prudenter timetur eventus malus, &c. putà ſi tunc prudenter times eſſe inimicos, aut latrones in via, &c.

270 In rebus naturalibus, quoties non apparet immixta ſuperſtitio aliqua, ut ſunt verba incognita, determinatus numerus vanus, aut modus inutilis; tunc præſumendum eſt pro viribus naturæ, 1. quia in dubiis melior eſt conditio voluntatis volentis rebus illis uti ad ſanitatem, aut grave utile ſui, aut proximi, & in dubio non præſumitur delictum, 2. Quia in dubiis melior eſt conditio naturæ; nam natura ex ſæpiùs contingentibus præſumenda eſt potens, & mirabilis in operationibus ſuis; ex quo enim videmus, ferrum trahi à magnete, arguimus in magnete virtutem naturalem ferri tractivam, &c. ità Tamb. *cit. n.* 63. ex Sanchez, & Bord. *in man. conſult. ſect.* 34. *n.* 10.

## SACRA SIMUL, ET NON SACRA.

271 SI ad aliquem obtinendum effectum, cum ſacris adhibes res naturales inutiles, aut profanas irreverentes, ſuperſtitioſus eris. Item, ſi res naturales utiles ſacris adjungas, putans, ſacra neceſſariò naturalibus rebus indigere, ſeu ab his vim efficacem habere; tunc ultra ſuperſtitionem adjungis hæreſim.

272 Si verò res naturales utiles adhibes, ex illis effectum expectas, & inſuper ſacra adjùgis ad Deum pro adjutorio precandum, prudenter ſimul, & piè te geris; quoniam cauſæ naturales efficaciſſimæ, Deo non adjuvante, inutiles ſæpè redduntur: juxta illud Pſalm. 126. *Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam.* Hinc ait Apoſtolus: *Ego plantavi, Appollo rigavit, Deus autem incrementum dedit.*

273 Icteritiam curare cum oratione ſacra, & cum filo de lizzo, quo ſtatura, & bracchia extenſa ægri ter metiuntur, cum aliis circumſtantiis, ſuperſtitioſum eſt, quia omnes circumſtantiæ adjunctæ præter orationem ſunt vanæ, & inutiles. Secùs, ſi ſolam ſacram orationem adhibeas, in qua ſolent eſſe vera Nomina Dei, & *dicta in n.* 258. attendas, Cum hac ſola oratione, tribus diebus, ad honorem Sanctiſſimæ Trinitatis recitata, circumſtantiis, & inutilibus ſecluſis,

ſæpe Ictericiam curatam vidi. Tunc igitur à Deo effectus ex opere operantis expectatur, minimè cum certitudine infallibilitatis effectûs, ſed cum pia ſpe, & fiducia in Deum; quoniam cœleſtis medicus animabus, atque corporibus ſolet medelam largiri.

274 Ex his patet, quid ſit de incantatoribus dicendum.

## MALEFICIUM.

275 Eſt vis, ac poteſtas nocendi aliis ex pacto expreſſo, vel tacito cum dæmone. A Magia differt per hoc, quòd illa intendit facere mira, hoc verò ad nocendum dirigitur.

276 Dividi poteſt in duas ſpecies, ſcilicet in maleficium amatorium, quo hominum animi ad carnalem amorem flectuntur; ſub quo comprehenduntur verba, aut ſcripta ſuperſtitioſa ordinata ad amorem, & in veneficium, quod ad nocendum aliis dirigitur.

277 Unum maleficium alio maleficio ſolvere non licet. Poteſt tamen ſtatua, aut res illa, quæ ſolet à malefico componi, comburi, nullum, quod ſuperſtitionem ſapiat, admiſcendo.

278 Ad hanc ſpeciem ſpectant lamiæ, ſeu ſtryges, vulgò donne di fora.

279 Sub hujuſmodi ſuperſtitionibus maximè comprehenditur abuſus ſacramentorum, aut ſacramentalium ad theſauros inveniendos, ad amorem provocandum, &c.

280 Alia demùm delicta, pro quibus eſt facienda denunciatio, habes in Edicto DD. Inquiſitorum Regni Siciliæ.

## QUÆRES V.

281 *Quæ ſit hæreſis ad Sanctum Officium ſpectans?*

Hæreſis in n. 258. definita, eſt duplex, alia ſcilicet merè interna, ſeu purè mentalis, quæ conſummatur in ipſo intellectu, nullo ſigno exteriùs dato; & hæc quamvis in rigore theologico ſit hæreſis formalis, cùm propriè conveniat definitio hæreſis, non incurrit tamen pœnas contra hæreſim ab Eccleſia fulminatas, nec eſt reſervata, ſed poteſt à quolibet confeſſario abſolvi, etiam in Bulla, quoniam juxta communem Theologorum Eccleſia non judicat de internis.

282 Alia eſt externa, quæ videlicet exteriùs prodit per aliquam vocem, ſcripturam, nutum, aut ſignum, ex affectu hæreſis prodiens, eámque, quantum eſt ex ſe, determinatè demonſtrare valens; & hæc incurrit omnes pœnas contra hæreſim fulminatas, eſt reſervata, ità ut neque virtute Bullæ, neque Jubilæi poſſit abſolvi, niſi talis facultas expreſsè concedatur, ex Decr. Univ. Inquiſ. Rom. ſub Alexand. VII. anno 1656. niſi in articulo mortis, in quo quidem ex Trid. ſeſſ. 14. c. 7. etiam ſi fuerit publica, poteſt à ſimplici Sacerdote abſolvi, ſicut & alii caſus reſervati impoſito juramento de ſe præſentando Superiori, & de ſtando mandatis Eccleſiæ, ſi convaluerit; idque etiam ſi ſit occultiſſima, ut ſi vox à nullo fuerit audita, aut ſignum viſum, & ſcriptum fuerit combuſtum; quia tunc, cùm ſignum illud externum ſit per ſe ſenſibile, eſt per accidens occulta, ac proinde cadit ſub lege prout Eccleſiæ, quæ judicat de externis; & hæc ſpectat ad S. Officium, & ſi contingat ab aliis ſciri, eſt denuncianda.

Ut Hæreſis igitur ſit reſervata, & pœnas incurrat, requiritur.

1. *Ut ſit externa*: ut jam explicatum eſt.

2. *Ut actus externus ſufficienter, & determinatè hæreſim manifeſtet.* Unde non eſt reſervata, ſi ſit externata per ſignum, aut verba indifferentia; ut ſi quis mente tenens: *Deus non eſt trinus*: & exteriùs proferat [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

3. *Ut manifeſtet hæreſim internam præſen-* ... Unde, non eſt hæreticus externus, qui ... joculum fingit, aut verè dicit, ſe aliquan... tenuiſſe errorem in fide, putà, Deum non ... trinum, niſi id dicat animo eamdem hæ... ſim confitendi, ſeu in ea complacendi: ità Albergh. *in Man. cap. 2. n. 3.*

4. *Ut actus externus ſit mortalis, & mani-feſtativus animo hæreticali.* Hinc qui ſuam ... ſim internam exteriùs manifeſtat amico ... Confeſſario, cauſâ capiendi conſilium, ... confitendi, non eſt hæreticus, nec in ex... communicationem incidit; quia non mani... eam animo hæreticali, ſed eſt paratus ... rigi.

Item, qui motus hæreſi internâ, quâ putat ... elum carnis diebus prohibitis, car... in parva quantitate edat, nec eſt hære... externus, nec in cenſuram incidit; quia ... ritur, ut actus externus ſit mortalis, ... per ſolam relationem ad actum inter..., ſed etiam ſecundùm operis externi ... itatem, ità Alberg. *cap. 12. numer. 8.* ... Bonac. Diana, & aliis. Adde, præfatum ... externum non eſſe ex ſe determinatè ... feſtativum erroris interni.

De Schiſmate, quod quidem Eccleſiam Chriſti dividit, negando obedientiam Sum... Pontifici Romano, eodem modo eſt di... cendum, ſicut de hæreſi; nimirùm, quòd ... poſſit abſolvi, ſi ſit externa cum errore ... intellectu.

283 Hinc non eſt hæreticus, qui exteriùs ... fidem negat, aut adorat idolum: quia ... errat in intellectu, ac proinde non in... poenas, & cenſuras contra hæreticos ..., licèt in foro externo ſecundùm externa ... cedatur, & inde ſit denunciandus: *v. n.* ... 30.

284 Buſembaum *lib. 2. tr. 1. cap. 4. dub.* ... n. 5. ait, ruſticos, & alios homines ſimpli-ciores in locis hæreticorum exiſtentes, ut in Germania, qui habentur hæretici, & tamen ratione ſuæ ignorantiæ, & ſimplicitatis pertinaces non ſunt, poſſe abſolvi à ſuis Parochis: ratio eſt, quia non ſunt hæretici formales, & habent fidem Catholicam in Baptiſmo acceptam; quæ non amittitur, niſi errando pertinaciter: ità ille ex Layman.

Id contingere poteſt, quatenus hæretici volentes ſuos filios naturali odio contra fidem Catholicam creſcere, eis à pueris Catholicos ſpeciebus horroris tanquam lupos repræſentant; & ità, licèt poſſint diu in errore ſine pertinacia vivere, ſtatim ac autem eſt eis ſufficienter propoſitum, Eccleſiam univerſalem oppoſitum tenere, ſtatim incipiunt eſſe pertinaces.

285 Certum tamen eſt, hæreticum eſſe illum, qui poſitivè, ſeu affirmativè de aliquo articulo fidei dubitat, hoc eſt deliberatè judicat eſſe dubium; ſimiliter & eum, qui opinativè ſolùm aſſentitur rebus fidei, putant aliquem articulum fidei eſſe ſolùm probabilem: utriuſque ratio eſt, quia cùm fides certa, & infallibilis, utpotè innixa teſtimonio divino, requiritur, ut articuli fidei certò credantur ex Dei revelatione.

286 Dixi: *Opinativè ſolùm*: quia ex vi alicujus rationis affirmare probabilem aliquem articulum, non eſſe hæreticum, imò laudabile, modò teneas, ex vi revelationis eſſe certum, docet Tamb. *de fide cap. 1. §. 6. n. 3.* cum Caſtropal.

287 Et Buſemb. *cit. n. 2.* addit, quòd negativè tantùm dubius, hoc eſt ſuſpendens judicium, & circa utramque partem negativè ſe habens, per ſe, & ſimpliciter non ſit hæreticus, 1. Quia non habet judicium, & conſequenter non habet errorem in intellectu, dummodò tamen non ideò ſuſpendat, quòd virtualiter judicet, non conſtare de certitudi-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ne objecti, 2. Quia hæreſis eſt infidelitas poſitiva. Hinc ultra formale dubium dari debet judicium intellectûs affirmantis, rem fidei non eſſe certam, quod judicium eſt hæreſis. Albergh. *cap. 5. num. 5. cum portel. & Souſa.*

At hoc haud mihi placet ſic abſolutè dictum; nam quis vel eſt negativè dubius circa aliquem articulum fidei, qui non eſt ei à parentibus, aut Parocho ſufficienter propoſitus; & tunc ſumus in caſu ignorantiæ; vel circa articulum fidei, qui ſupponatur ſufficienter propoſitus: & tunc negativè dubius eſt hæreticus, quia tunc ſuſpendendo judicium, virtualiter judicat non conſtare de certitudine objecti: præceptum autem fidei obligat ad poſitivè judicandum verum, & certum articulum fidei ſufficienter propoſitum.

Hinc Albergh. cum valentia, & Sanchez, ritè excipit natos, & educatos inter hæreticos in fide non ſatis inſtructos; iis namque dubitare licet, donec inſtruantur, & rectè noſtræ fidei credibilitatem apprehendant: quia in illis dubitatio, & virtuale judicium de incertitudine non eſt cum pertinacia.

288 Quando tamen dubietas oritur ex ſola tentatione, uti ſolet accidere, cum repugnantia, & diſplicentia voluntatis; tunc vel non erit peccatum, ſed potiùs materia meriti, quia actus ille intellectûs erit purè naturalis; vel ſi peccatum, non niſi veniale: ità ſummiſtæ.

## QUÆRES VI.

289 *An in caſu, quo qui incidit in hæreſim externam, fuit excuſatus ab excommunicatione Bullæ Cœnæ, ſit denunciandus?*

PLures à Doctoribus dantur caſus, in quibus, qui incidit in hæreſim externam, non incidit in excommunicationem Bullæ Cœnæ.

290 Id principaliter contingit, quia hæreſis, licèt publica, eſt merè externa.

291 Alios duos referunt caſus Tamburinus *2. de Pœnit. lib. 5. cap. 5 n. 4. & 7. Bocc. in ſelectis moralibus lib. 6. q. 5. pag. 303.* & apud eos Caſtropal. Suarez, Sanchez, & alii, in quibus committens delictum excuſatur ab excommunicatione reſervata in Cœna Domini, & ſunt metus cadens in virum conſtantem, aut ignorantia cenſuræ, ità ut qui committit hæreſim formalem externam, cum errore in intellectu, ignorans tamen eſſe annexam excommunicationem reſervatam in Cœna Domini, excommunicationem non incurrat, ac proinde poſſit à quolibet ſimplici Confeſſario abſolvi: v. n. 296.

292 Ratio eſt, quia hæc eſt differentia inter caſus reſervatos Pontifici, & reſervatos Epiſcopo, quod caſus non eſt reſervatus Pontifici, niſi cum excommunicatione conjunctus; non caſus Epiſcopalis, nam Epiſcopi regulariter reſervant delicta ratione peccatorum; unde, cùm ratione ignorantiæ quidem excuſat ab incurſione cenſuræ, ſit annexa delicto hæreſis excommunicatio, delictum hæreſis non habetur pro reſervato, ac proinde poteſt à quolibet ſimplici Confeſſario abſolvi; & è contra ignorans excommunicationem delicto Epiſcopali annexam, & ſi non incurrat in cenſuram, committit caſum reſervatum Epiſcopo, ut non poſſit à quolibet Confeſſario abſolvi.

Quòd autem in caſibus Pontificiis culpa non ſit reſervata, niſi cum excommunicatione conjuncta, probatur primo ex praxi Eccleſiæ, quæ in caſibus Pontificiis non cenſet reſervatam culpam, niſi cum excommunicatione conjunctam: cui accedit communis Theologorum conſenſus.

Sec

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Secundò ratione, quia Pontifex in Sacris Canonibus, & præſertim in Bulla Cœnæ ſolùm proponit iſtas cenſuras, & posteà illas reſervat; nam *in* § 19. Bullæ Cœnæ, in qua reſervatio, id habetur expreſsè per hæc verba: *Cæterùm à prædictis ſententiis nullus per alium, quàm per Romanum Pontificem, niſi in mortis articulo conſtitutus, abſolvi poſſit.* Sententiæ autem, ſupra quas immediatè cadit reſervatio, ſunt ipſæ cenſuræ; igitur à cenſura reſervatio redundat in culpam, ac proinde culpa non cenſetur reſervata, niſi cum excommunicatione conjuncta; cùm igitur ratione ignorantiæ ex communi ſententia non incurratur cenſura, non incurritur reſervatio, quia tunc culpæ deficit fundamentum reſervationis, videlicet cenſura, quæ cum peccato individuo non eſt conjuncta.

293 Hoc autem dictum eſt à præfatis Doctoribus de ignorantia cenſuræ, minimè de ignorantia reſervationis: nam certum mihi eſt, quòd qui commiſit hæreſim formalem externam, aut aliud delictum de Bulla Cœnæ, ſi ſciat ei eſſe annexam excommunicationem Cœnæ Domini, ignoret tamen hanc eſſe reſervatam, adhuc incidat in cenſuram reſervatam, ità ut non poſſit à ſimplici Confeſſario abſolvi, ſed à Summo Pontifice, aut Inquiſitoribus; quoniam ex communiori ſententia contra aliquos ignorantia reſervationis non excuſat, ſed reſervatio regulariter incurritur ab ignorante; quia regulariter loquendo, reſervatio non eſt pœna, qualis eſt cenſura, ſed medicina; eſt enim limitatio poteſtatis Confeſſariorum ad bonum regimen, & ob bonum publicum facta, ut Fideles ab iis peccatis patrandis abſterreantur, dum vident, non poſſe ab ordinariis Confeſſariis abſolvi. Item reſervatio eſt restrictio juriſdictionis in Confeſſario, & cùm juriſdictio tota dependeat à voluntate Superioris, non oportet, ut eam ſciat Reus, ſed ſufficit, ſi eam ſciat Confeſſarius.

294 Ex quo fit, quòd licèt ignorans, aut non advertens pœnam, non incurrat in pœnam, putà in excommunicationem; ſciens tamen pœnam, & ignorans reſervationem incidat in reſervationem; ſicut licèt ignorans, aut non advertens culpam, non incidat in reſervationem; ſciens tamen culpam, & ignorans reſervationem, incidit in reſervationem; quia licèt in priori caſu cadat fundamentum reſervationis, nempè culpa, aut pœna voluntaria, atque inde cadat reſervatio, ſtat verò in poſteriori.

His verò datis & ſuppoſitis.

295 Reſp. ad quæſitum affirmativè: quia in foro externo ſecundùm externa proceditur, & ſuadetur à fortiori de blaſphemia hæreticali, in quam prorumpens ſine errore in intellectu eſt denunciandus, *ex num.* 210. à fortiori in caſu hæreſis. Qui igitur incidit in hæreſim purè externam, aut in hæreſim formalem externam, ignorans excommunicationem Bullæ Cœnæ, eſt Inquiſitoribus denunciandus: *v. n.* 288.

296 Dixi: *his datis*. Quia (ut ritè advertit Diana *p.* 5. *tr.* 13. *reſ.* 18.) ignorantia excommunicationis reſervatæ in caſu hæreſis, non poteſt habere locum in noſtris Regionibus Hyſpaniæ, & Italiæ, ubi viget S. Inquiſitionis Tribunal, ex cujus præſertim contra hæreticos pervigili cura, eſt moraliter impoſſibilis ignorantia legis Eccleſiaſticæ excommunicantis hæreticos, & maximè poſt *Decr. Univ. Inquiſ. Rom.* ſub Alex. VII. de anno 1656. quod juſſu DD. Inquiſitorum hujus Regni Siciliæ ſub datis 15. Febr. 1657. video qualibet ſexâ ferià poſt octavā Aſſumptionis Virginis in Communitatibus Regularium publicè legi; quoque Confeſſarii, & Religioſi edocentur, crimen hæreſis non



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſſe etiam virtute Jubilæi abſolvi; nil aliud cunctis eſt notius, quàm crimen hæreſis etiam occultum eſſe reſervatum; imò ſi quis eſt, qui in aliquam hæreſim cadat, eum experimur accuratiorem ad ſe occultandum ob timorem, ne deferatur ad S. Tribunal: ac proinde in noſtris Regionibus moraliter, & practicè loquendo non poteſt dari caſus, quòd quis in hæreſim formalem externam cadat, & poſſit à ſimplici Confeſſario abſolvi: non quidem ratione ignorantiæ cenſuræ, quia hæc moraliter in noſtris Regionibus non eſt poſſibilis; neque ratione metûs cadentis in virum conſtantem; quia metus, licèt poſſit timorem incutere ad prorumpendum in actum externum hæreſis, non poteſt illum incutere ad habendum errorem in intellectu, ut diſcurrenti patet.

## CAPUT VII.

### *De Libris prohibitis.*

297 Libros prohibere ſpectat ad Summum Pontificem, quod regulariter facit Congr. Univ. S. Officii, cujus authoritas per totum Orbem extenditur.

298 Magiſtrum Sacri Palatii libros pernicioſos prohibere poſſe, ait Bord. *in Man. conſul. ſect.* 48. *nu.* 5. liquet ex quamplurimis prohibitionibus ab eo factis, & in indice juſſu Alex. VII. impreſſo regiſtratis, ſubdit tamen: *Sed puto hanc ejus poteſtatem non excedere Urbem, & ejus diſtrictum; quia nunquam vidi ejus prohibitiones publicari extra per Inquiſitores niſi miſſas vel à Papa, vel à S. Congregatione; ſignum evidens, quòd ejus poteſtas terminatur locis urbis, & ſuburbanis, ubi in hoc officio fungitur, ut Inquiſitores in ſuis Diœceſibus.*

299 Libros prohibere poſſunt Epiſcopi, & Inquiſitores ex Reg. 10. Indicis: *Liceat ſit Epiſcopis, aut Inquiſitoribus Generalibus ſecundùm facultatem, quam habent, etiam libros, qui his Regulis permittuntur, prohibere, ſi hoc in ſuis Regnis, aut Provinciis, vel Diœceſibus expedire judicaverint.*

300 Quia autem Epiſcoporum, & Inquiſitorum authoritas contentioſa eſt reſtricta loco, & perſonis, ac proinde non operatur extra proprium territorium, talis prohibitio, ut univerſaliter operetur, fieri ſolet vel à S. Congr. Univ. Inquiſit. coram Sanctiſſimo per totum Orbem, vel per Inquiſitorem Supremæ Inquiſitionis Hyſpaniarum pro dictis Hyſpaniarum Regnis.

301 Generales libros ſuorum ſubditorum prohibere poſſunt, ſi abſque eorum licentia fuerint impreſſi, aut ſi ſint infamatorii, vel ſuæ Religioni pernicioſi; ſi verò contineant hæreſim, aut ſuſpicionem, id ſpectat ad S. Tribunal, *ex num.* 249.

## MATERIA

302 OB quam liber prohiberi ſolet, eſt quintuplex, 1. Quæ continet hæreſes, 2. Quæ tractat de Religione, ut de re ſacra, putà de S. Scriptura, de Ritibus, rebus ad Dei Cultum, & Sanctorum ſpectantibus, de Theologia ſcholaſtica, & morali, de concionibus, de juriſdictione, de immunitate Eccleſiaſtica, de privilegiis Clericorum: minimè ſi tractet de Philoſophia, de hiſtoria, &c. Imò, ut dicatur de Religione tractare, requiritur, ut de ea tractet ex profeſſo, minimè, ſi obiter: *v. n.* 304. 3. De rebus obſcœnis, 4. De caſibus conſcientiæ, in quibus tamen habentur opiniones laxæ, & periculoſæ conſcientiæ, aut nullam probabilitatem habentes, vel habentes aliquem error in fide, aut hæreſis, 5. Quæ ...

contra proximum, putà de juriſdictione uſurpata, & ab altero ablata; aut continet calumnias, injurias, &c. contra Religiones, perſonas Religioſas, Principes, &c.

### FINIS

303 Prohibitionis, 1. Eſt odium hæreticorum, 2. Eſt, ut fides illæſa permaneat, ut fidelium ſcandalum, animarumque periculum vitetur, & ut pax, atque charitas in Republica Chriſtiana ſervetur: *vide n.* 362.

### INDEX

304 Librorum prohibitorum tres conſtituit claſſes, in prima claſſi non tam continentur libri, quàm eorum auctores, quatenus hi ſunt hæretici; & horum ſunt prohibiti libri tam editi, quàm edendi, qui tamen hæreſim continent, aut de Religione tractant, etiam ſi bene de ea tractent, & nullum errorem contineant, quoniam indignum eſt viſum Eccleſiæ, ut Fideles ab ejus hoſtibus erudiantur, & doctrinam de Religione deſumant, hæreticum Regio Pſalte increpante in Pſal. 49. *Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras juſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? v. n.* 320.

305 In ſecunda claſſi continentur non Authores, ſed libri, quatenus eorum Authores ſunt Catholici, continent tamen doctrinam non ſanam, & ideò prohibentur. Duplici autem modo doctrinam non ſanam continere poſſunt, 1. Quia continent incidenter aliquam, ſeu aliquas hæreſes, aut falſi dogmatis ſuſpicionem, 2. Quia offenſionem etiam in moribus tantum fidelibus afferre poſſunt: *item n.* 323.

306 Ex Bord. *in man. Conſult. ſect.* 49. *num.* 57.

*Nomine ſuſpicionis falſi dogmatis venit error, qui creditur eſſe contra fidem; dogma enim pium eſt doctrina in fide,* Gloſ. *v. ſeu potius cap ſatis 7. diſt. 7. diſt.* 96. Gloſ. *fin. in d. 3. per caput. qui Epiſcopus, 2 diſp. 29. itaque falſum dogma eſt error contrarius doctrinæ de fide. doctrina autem fidei ſpectatur dupliciter, 1. ut talis eſt de fide definita, ut ſunt articuli, & propoſitiones de fide definitæ, ut patet in Canonibus*, Conc. Tricentini, *2. in doctrina fidei aliquæ ſunt propoſitiones, quæ ab aliquibus putantur de fide, ab aliis negantur eſſe de fide: pono exemplum in hac propoſitione: Papa in canonizatione Sanctorum non poteſt errare: aliqui dicunt, eſſe de fide, quod ego teneo, alii negant, ut dixi ſect. 45. num. 162. Hæreſis ergo directè, & ex diametro opponitur fidei, falſum verò dogma, de quo eſt ſuſpicio, opponitur fidei non ex diametro, ſed ſecundùm ſuſpicionem, & opinativè tantùm, non definitivè, ut hæreſis: v. num.* 341.

307 Aptius exemplum eſt in hac propoſitione: *Papa in Beatificatione errare non poteſt*: nam plures Doctores, inter quos Diana *p. 11. tr. 2. reſ. 18. & 19.* qui ritè fatentur eſſe de fide, quod Pontifex non poſſit errare in Canonizatione Sanctorum, id negant de Beatificatione: unde concludunt, quòd qui negaret Beatum aliquem eſſe in gloria, non eſſet hæreticus formalis, ſed ejus propoſitio eſſet temeraria, quia contra communem Doctorum, & fidelium ſenſum: ſcandoloſa, quia fideles à Beatorum cultu, & veneratione retraheret: impia, quia contra cultum viris beatis debitum: ſuſpecta falſi dogmatis, quatenus eſt contra dogma pium, ſeu doctrinam opinativè de fide, in quantum quamplures Doctores docent, etiam de fide eſſe Romanum Pontificem in Beatificatione errare non poſſe: & demum ſuſpecta de hæreſi,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia ſic dicens videtur negare in Papa poteſtatem ad beatificandum.

308 Doctores autem, qui concedunt de fide eſſe Papam errare non poſſe in Canonizatione, & id negant de Beatificatione, pro præcipua diſparitate aſſignant, quia Canonizatio eſt ultimum judicium Eccleſiæ, quo definitur, virum Dei eſſe in gloria, poſt quod nil amplius diſcutitur. Beatificatio verò non eſt ultimum judicium, quoniam poſt illud, antequam ad Canonizationem deveniatur, fit novum examen, teſtes, & miracula recipiendo; quod non fieret, ſi de fide eſſet, Pontificem non poſſe in beatificatione errare; nam quod eſt de fide certum, ulteriori certitudine minimè eget, cùm ſit infallibilis veritatis.

309 In hac autem re, quæ obiter hìc mihi tractanda ſuppetit. Dico, de fide eſſe Romanum Pontificem, tam in Canonizatione, quàm in beatificatione, errare non poſſe, ità ut dicens eum poſſe errare, ſeu Sanctum, aut Beatum non eſſe in gloria, ſit hæreticus formalis. Bord. *reſ.* 113. *n.* 15. Verricelli *tr.* 8. *qu.* 24. *&* 25.

310 Ratio eſt, quia hæc propoſitio, *Romanus Pontifex in canonizatione, & beatificatione errare non poteſt*: ſequitur ex duplici præmiſſa de fide, videlicet: *Romanus Pontifex docens Eccleſiam in iis, quæ ſpectant ad materiam fidei, & doctrinam morum, errare non poteſt; ſed canonizatio, & beatificatio ſpectant ad materiam fidei*; igitur, &c. minor liquet, quia canonizatio, & beatificatio eſt actus externæ confeſſionis fidei contentæ in articulo de Communione Sanctorum: major conſtat ex Evang. Joannis *cap.* 14. *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum, Spiritum veritatis, &* cap 16. *Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*: Ex Matth. *c.* 18. *ubi enim ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum*: hinc Apoſtolus 1. Ad Tim. 3. inquit: *Eccleſia Dei vivi, columna, & firmamentum veritatis*; firmitas autem Eccleſiæ, & ſecuritas eam non errandi, eſt ſumpta à firmitate capitis, & ſecuritate non errandi Magiſtrum, ex Evang. Matth. *cap.* 16. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.*

311 Et licèt Romanus Pontifex, antequam ad Beatificationem, & Canonizationem veniat, utatur teſtimoniis hominum ſe fallacium, illis tamen ſolùm diſpoſitivè utitur; ad actum autem Beatificationis, & Canonizationis non devenit, niſi per interiorem Spiritûs Sancti motionem, & aſſiſtentiam, ad quem quidem minimè deveniret, ſi teſtimonia hominum mendacia forent; quia Spiritus, ubi vult, ſpirat, & [illegible]tum ducit, quò non vellet.

312 Ad diſparitatem inter Beatificationem, & Canonizationem in oppoſitum aſſignatam. Reſpondeo cum Verricello q. 25. novum examen pro Canonizatione non fieri de virtutibus viri Dei, neq; de miraculis in vita, aut ante beatificationem patratis, ſed de perſeverantia cultûs, & miraculorum; unde per beatificationem fit abſolutum, & completum judicium, quòd vir Dei ſit in gloria; imò ut talis toti Eccleſiæ proponitur, hinc ubique à fidelibus Beatus certò abſque formidine in gloria creditur, & ad gratias impetrandas invocatur, cum hac ſola limitatione, quòd uni ſoli Provinciæ, aut Religioni cultu Officii, & Miſſæ colendus proponatur; in quantum, licèt de fide ſit Beatum eſſe in gloria, non eſt tamen conveniens, ut quilibet exiſtens in gloria, publico cultu Officii, & Miſſæ in tota Eccleſia co

(ſit) decernatur; ſed ille, qui ob heroicas virtutes, & inſignem ſanctitatem, ex multitudine, & qualitate miraculorum ſignificatas, Deo acceptiſſimus, &, apud fideles eximiâ devotione habitus dignoſcitur; hinc novum tamen fit de perſeverantia cultûs, & miraculorum, ut inſigni Beati ſanctitate, & magnâ fidelium devotione compertâ, ſolemniter ad judicium de ejuſdem gloria deveniatur, & in tota Eccleſia honor Officii, & Miſſæ concedatur.

313 Non obſtat dictum, quod vulgò Auguſtino imputatur: *Multi Sancti venerantur in terris, quorum corpora cruciantur in inferno*, quia nec eſt Auguſtini, nec veritatem habet de Sanctis à Romano Pontifice Eccleſiæ, propoſitis; ſed de hypocritis, ab hominibus, qui abſcondita cordis penetrare minimè valent, Sanctis putatis, quatenus in veſtimentis ovium, ſuaſque facies exterminantes, Sancti apparenter, ſed reverà lupi rapaces, & diaboli martyres deceſſerunt: de verè autem juſtis, & Sanctis canit Regius Pſaltes: *Exultabunt juſti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis: gaudent in cœlis animæ Sanctorum.*

314 In tertia claſſe continentur libri, qui prodierunt ſine nomine Authoris. Verùm non omnes hi ſunt damnati, nam ſæpè viri docti, & ſancti ad inanem vitandam gloriam libros perutiles, & ſanam continentes doctrinam, ſine nomine condidère; ſed illi, qui continent doctrinam pravam fidei, aut moribus adverſam. Lupus *p. 4. lib. 25. diſt. 1. art.* 3. *pag.* 459. Unde libri hujus tertiæ claſſis ad primam, aut ſecundam poſſunt reduci: id innuit Alexand. VII. *in Bulla num.* 332. relata his verbis: *Contingit, ut plerique libri ignoti ſcriptoris, qui tertiæ claſſi aſſignantur, pejores multò ſint, quàm in prima, & ſecunda recenſiti.*

DISCRIMEN

315 Inter primam, & ſecundam claſſem eſt duplex.

316 Primum eſt, quia librorum, 1. claſſis prohibitio fit principaliter non tam propter materiam, ſi ſit prava, quàm propter ipſos Auctores hæreticos, & ideò omnes eorum libri tam editi, quàm edendi, de Religione tractantes, damnati cenſentur, etiam ſi ſanam doctrinam contineant, ob rationem *n.* 304. relatam: librorum autem, 2. claſſis prohibitio ſit ob materiam pravam, quam continent ſive contra fidem, ſive contra, bonos mores, &c. quamvis ab Auctoribus Catholicis prodierint, adeóque hi libri non priùs cenſentur prohibiti, quàm ſpecialiter fuerint in Indice librorum prohibitorum relati, ad differentiam librorum, 1. claſſis, qui eo ipſo, quòd ſunt Auctoris hæretici, damnantur, etiam ſi in Indice non reperiantur. Lupus *cit. pag.* 459. Hinc damnato opere hæretico non cenſetur damnatum nomen Auctoris, niſi ſit convictus, vel confeſſus de hæreſi; aut niſi ſit de natis ex ſecta hæretica. Quia licèt aliquas hæreſes in opere protulerit, præſumitur, quòd ex inadvertentia, aut ignorantia protulerit, ſine pertinacia; damnato autem Auctore, omnia ejus opera etiam edenda, quæ de Religione tractant, damnata cenſentur, quia hæc, ut acceſſorium, ſequuntur naturam ſui principalis. Bord. *in man. Conſult. ſect.* 48. *n.* 28. Auctor ergo per prohibitionem librorum, 1. claſſis damnatur, quia eſt pertinax, & dignus pœna; per prohibitionem verò librorum, 2. claſſis mortificatur; quia debebat advertere, & ſi erat imperitus, non ſcribere.

317 Ob eamdem rationem nec hæretici, nec eorum libri poſſunt à Catholicis in ſuis operibus citari ad honorē, quamvis loquantur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tur ad Religionis favorem, bene verò ad confutationem, eorum impugnando errores; nam in Eccleſiaſtici c. 15. ſcriptum eſt: *Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris; quoniam à Deo profecta eſt ſapientia ſapientiæ enim Dei adſtabit laus, & in ore fideli abundabit & dominator dabit eam illi.* Catholici autem, & eorum libri prohibiti citari poſſunt etiam ad honorem, quoad bonam doctrinam.

318 Secundum diſcrimen eſt; quia libri, 1. claſſis ſunt prohibiti duplici excommunicatione, prima eſt excommunicatio Bullæ Cœnæ reſervata Sum. Pontifici, quæ incipit ante Trid. à Nicol. III. an. 1280. & noviſſimè habetur exemplum ex Urb. VIII. an. 1627. *in* 1. §. his verbis.

319 *Excommunicamus, &c. quoſcumque Huſſitas, Wiclephiſtas, Lutheranos, & à Chriſtiana fide Apoſtatas, ac omnes, & ſingulos alios hæreticos, quocumque nomine cenſeantur, & cujuſcumque ſectæ exiſtant, ac eis credentes, eorumque receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defenſores, ac eorumdem libros hæreſim continentes, vel de Religione tractantes, ſine authoritate noſtra, & Sedis Apoſtolicæ, ſcienter legentes, aut retinentes, imprimentes, ſeu quomodolibet defendentes, ex quavis cauſa publicè, vel occultè, quovis ingenio, vel colore: nec non ſciſmaticos, & eos, qui ſe à noſtra, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis obedientia pertinaciter ſubtrahunt, vel recedunt.*

320 Sub prohibitione igitur, & excommunicatione Bullæ Cœnæ non continentur libri hæreticorum tractantes de Philoſophia, Medicina, Hiſtoriis, &c. qui nullam hæreſim continent, nec libri *n.* 355. referendi; ſed ſoli libri hæreticorum qui hæreſim continent, aut de Religione tractant.

321 Secunda eſt excommunicatio Indicis, & Pii IV. de qua modò, quæ non eſt [illegible] ſervata.

322 Libri verò ſecundæ claſſis, qui [illegible] men continent hæreſim, aut falſi dogmatis ſuſpicionem, ſunt prohibiti ſoli [illegible] excommunicatione Indicis; cæteri [illegible] qui ſunt prohibiti, non quia continent [illegible] reſim, aut falſi dogmatis ſuſpicionem [illegible] ob alias cauſas contra bonos mores, [illegible] quia tractant de rebus obſcœnis, de [illegible] ctione cum præjudicio pacis, quia [illegible] torii, injurioſi, quia continent propoſitiones laxas, &c. non ſubjacent excommunicationi Indicis, & Pii IV. ſed peccato [illegible] & punitioni arbitrariæ Epiſcoporum, [illegible] Inquiſitorum: *v. n.* 331.

323 Pro qua re ſciendum eſt, Indicem librorum prohibitorum à Deputatione Concilii Trid. confectum, plures librorum ſpecies prohibere, at non eas omnes prohibere ſub excommunicatione.

324 Quantum ergo ad prohibitionem [illegible] Primò, in 2. Regula dicti Indicis [illegible] bentur omnes prorſus Hæreſiarcharum libri [illegible] etiam de Philoſophia, Medicina, &c. [illegible] nullam hæreſim continent, nec de Religione tractant, his verbis.

*Hæreſiarcharum libri, &c. cujuſcumque nominis, tituli, aut argumenti exiſtant, [illegible] nò prohibentur.*

Quod fit in maximum eorum odium, [illegible] ut omninò eorum memoria pereat.

325 Secundò, in eadem Regula, [illegible] aliorum hæreticorum libros, ſequitur.

*Aliorum autem hæreticorum libri, [illegible] Religione quidem ex profeſſo tractant, [illegible] ninò damnantur. Qui verò de Religione [illegible] tractant, à Theologis Catholicis juſſu Epiſcoporum, & Inquiſitorum examinati, [illegible] probati permittuntur.*

Hinc libri hæreticorum de Philoſophia [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

medicina, hiſtoriis, & ſimilibus, qui nullam hæreſim continent, examinati, & approbati ut tales, non prohibentur, ſed permittuntur, ſunt tamen prohibiti, antequam examinentur: *v. n.* 336.

326 Par eſt Regula 5. *Libri illi, qui hæreticorum Auctorum operâ interdum prodeunt, in quibus nulla, aut pauca de ſuo apponunt, ſed aliorum dicta colligunt, cujuſmodi ſunt lexica, concordantiæ, Apophthegmata, ſimilitudines, indices, & hujuſmodi, ſi quæ habeant admixta, quæ expurgatione indigeant, illis Epiſcopi, & Inquiſitoris, una cum Theologorum Catholicorum conſilio ſublatis, aut emendatis, permittantur.*

327 Tertio, *in* 4. *&* 6. Regula prohibentur Biblia vulgaris, & libri controverſias inter Catholicos, & hæreticos differentes, pariter vulgari idiomate conſcripti, ità ut, qui eos præſumpſerint legere, aut retinere, peccent mortaliter, & abſolvi non poſſint, niſi prius Bibliam, aut libros præfatos Ordinario, aut Inquiſitori tradiderint.

328 Quartò, in Regula 7. *Libri, qui res laſcivas, ſeu obſcenas ex profeſſo tractant, narrant, aut docent, &c. omnino prohibentur, & qui eos habuerint, ſeverè ab Epiſcopis puniantur. Antiqui verò ab Ethnicis conſcripti, propter ſermonis elegantiam, & proprietatem, permittuntur; nullâ tamen ratione pueris prælegendi erunt.*

329 Quintò, in Regula 9. *Libri omnes, & ſcripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chyromantiæ, Necromantiæ, ſive in quibus continentur ſortilegia, veneficia, auguria, auſpicia, incantationes, artes magicæ, prorſus rejiciuntur. Epiſcopi verò diligenter provideant, ne Aſtrologiæ judiciariæ libri, tractatus, indices legantur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus, ſucceſſibus, fortuitiſvè caſibus, aut iis actionibus, quæ ab humanâ voluntate pendent, certò aliquid eventurum affirmare audent: permittuntur autem judicia, & naturales obſervationes, quæ navigationis, agriculturæ, ſive medicæ artis juvandæ gratiâ conſcripta ſunt.*

Item in obſervatione circa dictam nonam Regulam exercentes præfatas artes, & legentes, aut retinentes recenſitos libros, dantur puniendi nedum per Ordinarios, verùm etiam per Inquiſitores locorum, ex conſt. Sixti V. de anno 1585. unde præfati ſunt denuntiandi. Lupus *pag.* 459.

330 Sextò denique in obſervatione circa præfatum indicem omninò damnantur, & prohibentur libri Thalmud Hebræorum, & alii Cabaliſtici, & nefarii Hebræorum libri. Item liber Magazor, qui continet officia, & cæremonias Hebræorum, & Sinagogæ, ſolùm permittitur in Hebræa lingua, & prohibetur in omni alia lingua.

331 Quantum autem ad excommunicationem: poſtquam dictus Index recenſitas librorum ſpecies prohibuit, denique in Regula 10. in fine concludit.

*Ad extremum verò omnibus Fidelibus præcipitur, ne quis audeat contra harum regularum præſcriptum, aut hujus Indicis prohibitionem libros aliquos legere, aut habere.*

*Quòd ſi quis libros hæreticorum, vel cujuſvis Auctoris ſcripta ob hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem damnata, atque prohibita legerit, ſive habuerit, ſtatim in excommunicationis ſententiam incurrat; qui verò libros alio nomine interdictos legerit, aut habuerit, præter peccati mortalis reatum, quo afficitur, judicio Epiſcoporum ſeverè puniatur.*

Hæc eſt Indicis Tridentini diſpoſitio.

332 Quia tamen variis temporibus Summi Pontifices quoad libros prohibitos varia ſanxère,

ſanxère, noviſſimè Alex. VII. volens confuſionem vitare, & hanc materiam librorum prohibitorum unâ lege regulare, die 5. Martii 1664. edidit Bullam, quæ incipit, *Speculatores domûs Iſrael*, quam referunt Lantuſca *in Bullario tom. 6. conſt.* 147. *pag.* 220. & Bord. *in man. Conſult. ſect.* 49. *nu.* 5. per quam Alex. VII. omnes pœnas, & cenſuras contra legentes, & retinentes, &c. libros prohibitos hactenus latas reduxit ad pœnas contentas in conſt. Pii IV. quæ incipit: *Dominici gregis*, ſuper dicti Indicis Trid. confirmatione edita: verba Bullæ Alex. VII. ſunt tenoris ſequentis.

*Indicem* [ſupple tu] *librorum prohibitorum obſervari mandamus, & præcipimus ſub pœnis in conſt.* fel. mem. Pii IV. *etiam prædeceſſoris noſtri ſuper dicti Indicis Tridentini confirmatione edita contentis, ad quas varietatis veterorum decretorum in proponendis tranſgredientium pœnis tollendæ gratiâ, omnes, & ſingulas pœnas, per conſtitutiones Apoſtolicas, & decreta anteriora hujuſmodi quomodolibet inflictas harum ſerie reducimus; firmis tamen manentibus his, quæ de Auctoribus, & libris damnatis in litteris Apoſtolicis die Cœnæ Domini publicari ſolitis ſancita ſunt, circa quos nihilominùs mutare, ac ne contingere quidem intendimus.*

333 Pœnæ autem, & cenſuræ in recenſita Conſtit. Pii IV. contentæ ſunt, ut ſequitur.

*Si quis autem adverſus eas Regulas prohibitionemque fecerit, his quidem, qui hæreticorum libros, vel cujuſvis Auctoris ſcripta propter hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem damnata, atque prohibita legerit, habueritve, ipſo jure in excommunicationis pœnam incidat, eamque ob cauſam in eum, uti de hæreſi ſuſpectum, inquiri, & procedi liceat: præter alias pœnas ſuper hoc ab Apoſtolica Sede, ſacriſque Canonibus conſtitutas. Qui vero libros alia de cauſa prohibitos legerit, habueritve, præter peccati mortalis reatum, Epiſcoporum arbitrio ſeverè ſe noverit puniendum, &c.* Datum Romæ, &c. die 24. Martii 1564.

334 Hinc Bulla Pii IV. excommunicatione latæ ſententiæ non reſervatâ afficiuntur legentes tùm libros quoſcumque hæreticorum, libros, aut ſcripta propter hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem prohibita, ſive ſint hæreticorum, ſive Catholicorum; non verò libros Catholicorum ob aliam cauſam prohibitos, putà quia contra bonos mores, &c. ac proinde hi nulli ſubjacent excommunicationi: *v. n.* 323. 325. & 356.

335 Et licèt iſti, qui legerint, aut habuerint libros alia de cauſa prohibitos, tantùm ſint puniendi Epiſcopis, poſſunt tamen puniri ab Inquiſitoribus; quia hi ſunt competentes judices, ut conſtat ex litteris Inquiſitoris generalis Romæ conſcriptis per Card. Mellin. 1627. his verbis.

*Eſſendo ſolito, che nell' Editti del S. Offizio s'impongano pene à chi tiene libri, non ſolo heretici, ò ſoſpetti, ma anco di coſe laſcive contra bonos mores, poſſono, e devono gl'Inquiſitori procedere all' eſecutione delle pene comminate contro gli traſgreſſori.* Bord. *in man. Conſult. ſect.* 49. *n.* 83. *v. n.* 346.

## QUÆRES I.

336 *An retinentes libros, aut ſcripta de aſtrologia judiciaria, geomantia, divinatione, artis magica, &c. relati in n.* 329. *aliquam excommunicationem incurrant, & ſuſpecti ſint de hæreſi?*

Videtur abſolutè affirmandum, t. n. Bullam Sixti V. de anno 1581. *n.* 245. ubi in quam diſpoſuit contra exercentes, ad libros devenìens ſequitur.

Prohibe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Prohibentes omnes, & ſingulos libros, opera, & tractatus hujuſmodi judiciariæ aſtrologiæ, & Geomantiæ, Hydromantiæ, Pyromantiæ, artis magicæ, aut in quibus ſortilegia, veneficia, auguria, auſpicia, execrabiles incantationes, & ſuperſtitiones continentur, ac in ſuprà in memorato Indice interdictos ſub cenſuris, & pœnis in eo contentis, à quibuſcumque Chriſti Fidelibus legi, aut quomodolibet retineri, ſed illos Epiſcopis, & ordinariis locorum, vel inquiſitoribus prædictis præſentari, & conſignari debere; & nihilominus eâdem authoritate ſtatuimus, & mandamus, ut contra ſcienter legentes, aut retinentes libros, & ſcripta hujuſmodi, ſeu in quibus talia continentur, ſimiliter iidem Inquiſitores liberè, & licitè procedant, ac procedere, & pœnis condignis punire, & coercere, poſſint.*

[illegible]337 Ubi licèt Sixtus nullam novam contra hujuſmodi libros legentes, aut retinentes, excommunicationem imponat; eos tamen excommunicationi Indicis ſubjici ſatis innuit illis verbis: *In memorato Indice interdictos ſub cenſuris, & pœnis in eo contentis.*

338 Secundò ex Bulla Urb. VIII. relata *n.* 245. ubi infligitur excommunicatio latæ ſententiæ, licèt nulli reſervata.

339 Reſpondeo, legentes, aut retinentes libros recenſitos, aut ſcripta, eſſe ſuſpectos de hæreſi, & incurrere excommunicationem Indicis, ſi libri, aut ſcripta contineant ſuſpicionem hæreſis, aut falſi dogmatis; minimè verò, ſi ſuſpicionem hæreſis, aut falſi dogmatis non contineant. Bord. *in man. Conſult. ſect.* 38. *n.* 70. *& ſect.* 49. *n.* 59. favent Diana *p.* 4. *tr.* 7. *reſ.* 6. *in fine reſ.* 10 *& reſ.* 17. ubi diſtinguit de recenſitis libris ſapientibus, vel non ſapientibus hæreſim, & Bonac. *tom.* 1. *diſp.* 2. *de excom. q.* 5. *punct.* 4. *n.* 4. his verbis: *Eâdem cenſurâ* [*ſupple in indicis*] *affici legentes libros, & ſcripta continentia divinationes, & ſortilegia,* [illegible] *ſunt libri, & ſcripta Geomantiæ, &c. quibus affertur modus recedendi à Catholica Fide, adorandi dæmones, & ſimilia veræ fidei contraria.*

Idem replicat *in to.* 3. *diſp.* 1. *q.* 2. *punct.* 4. *n.* 4. imò *in to.* 3. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 38. *n.* 1. *&* 2. loquendo de excommunicationibus, docet, *divinatores, incantatores, maleficos, & ſimiles non affici excommunicatione, modò non ſentiant aliquid contra fidem; tunc enim perſpicuum eſt ipſos eſſe hæreticos, & excommunicationem contra hæreticos latam incurrere, quoties errorem aliquo ſigno externo ſufficienter manifeſtant.*

Cujus ratio eſt, quia nulla eſt excommunicatio in jure contra eos, & ſi aliqua eſt, non eſt uſu recepta: *v. n.* 344. Idem tenet Fenech de cenſuris *n.* 13. & Diana *p.* 4. *tr.* 7. *reſ.* 17. adducit exempla, quibus Divinatores, & alii Rei hujus Bullæ Sixti V. puniti ſunt pœnis arbitrariis, exilio, carcere, triremibus, privatione officiorum, &c.

340 Declaratur: liber aſtrologiæ judiciariæ hæreſim, aut ejus ſuſpicionem continere, ſi v. gr. aſſereret aſtra, nedum noſtras voluntates inclinare, ſed cogere: regulas illas infallibile judicium inferre, &c. Item libri divinationum, &c. hæreſim, ſeu ejus ſuſpicionem continerent, ſi præciperent dæmonis adorationem, abuſum ſacramentorum, aut ſacramentalium; ſi aſſererent verba, aut ſigna ulla adhibita habere ex opere operato virtutem ad effectum, aut ex illis eſſe infallibiliter expectandum effectum, & ſimilia: ita Diana *n.* 329. *cit.* pro quo multũ juvat recolere dicta ſuperiùs de ſuperſtitione *à n.* 240.

341 Ratio 1. partis eſt, quia Index, & Bulla Pii IV. expreſsè excommunicationem infligit contra legentes, aut retinẽtes libros, vel ſcripta ob hæreſis, aut falſi dogmatis ſuſpicionem



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cionem prohibita: *ut in n.331. & 333.* adeóque præfati libri, vel ſcripta, ſi contineant ſuſpicionem hæreſis, ſubjiciuntur excommunicationi Indicis, & Pii IV.

Nomine enim ſuſpicionis falſi dogmatis venit etiam ſuſpicio hæreſis, nedum per locum à majori ad minus, verùm etiam ex ipſa proprietate verborum, quoniam etiam hæreſis eſt falſum dogma; falſum namque dogma ſe habet, ut magis latè patens in ordine ad hæreſim; quia ex dictis *n.* 305. dogma fidei eſt doctrina in fide, & quia tam doctrina, quæ eſt de fide definitivè, quàm quæ eſt fide opinativè, eſt doctrina in fide, ideò utraque eſt dogma fidei, & ſolum doctrina definitivè de fide addit dogmati fidei pro ratione quaſi ſpecifica, quòd ſit articulus fidei, cujuſmodi non eſt doctrina opinativè de fide, quæ proinde dicitur præcisè dogma fidei, adeóque valet, *ſuſpicio hæreſis eſt ſuſpicio dogmatis fidei*, licèt non econversò, utpotè ab inferiori ad ſuperius: & conſequenter, cum ſuſpicio falſi dogmatis cadat ſub excommunicatione Indicis, & Pii IV. certum eſſe debet, quòd ſub eadem cadat ſuſpicio hæreſis, juxta illud: *Quidquid dicitur de ſuperiori, dicitur etiam de inferiori.*

342 Ratio 2. partis eſt, quia excommunicatio non incurritur, niſi ſit expreſſa in jure, in Indice autem, & Bulla Pii IV. jam recenſitis, nulla alia excommunicatio exprimitur præter relatam contra legentes, aut retinentes *libros, vel ſcripta ob hæreſim, aut falſi dogmatis ſuſpicionem prohibita*; eo maximè quia Alex. VII. *ut in n.* 332. decrevit, quoad hanc materiam ſtandum eſſe pœnis in Bulla Pii V. contentis.

343 Ad adducta in oppoſitum, Bulla Sixti favet reſolutioni; quia per ea verba ſe refert ad cenſuras memorati Indicis; unde quia in memoratò Indice nulla eſt cenſura contra legentes, aut retinentes recenſitos libros [illegible] lutè conſideratos, ut patet ex Regula 9. [illegible] *n.* 329. ſed ſolùm contra libros ob hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem prohibitos, *ut in Reg.* 10. *hic n.* 331. ſequitur ex Bulla Sixti, quòd legentes, aut retinentes libros, vel ſcripta Aſtrologiæ, Geomantiæ, Divinationis, &c. incurrant excommunicationem Indicis, ſi hi libri hæreſim, vel hæreſim, aut falſi dogmatis ſuſpicionem contineant.

344 Demùm excommunicatio Bullæ [illegible] VIII. *Inſcrutabilis judiciorum*, non [illegible] legentes, aut retinentes dictos libros, [illegible] contra Aſtrologos, & Divinatores [illegible] judicia; aut prædictiones *de ſtatu Reipub. Chriſtianæ, vel Sedis Apoſtolicæ ſtatu* [illegible] *aut morte Romani Pontificis, ejuſque* [illegible] *tium gradum incluſive conſanguineorum*, [illegible] contra eos, qui dictos aſtrologos, [illegible] cinatores conſuluerint, ſive conſ [illegible] & prædictiones ſuper præmiſſis [illegible] *ut videre eſt in n.* 246.

## Q U Æ R E S II.

345 *Legentes, aut retinentes libros prohibitos, quando ſunt ſuſpecti de hæreſi* [illegible] *nunciandi?*

Reſp. legentes, aut retinentes libros, [illegible] ſcripta hæreticorum hæreſim continentia, aut de Religione tractantia; [illegible] aut ſcripta Catholicorum propter hæreſim, aut falſi dogmatis ſuſpicionem prohibita, eſſe ſuſpectos de hæreſi, & denunciandos Inquiſitoribus, aut Epiſcopis, juxta [illegible] *n.* 619. & 626. intra ſex, duodecim, [illegible] ginta dies à die ſcientiæ juxta formam [illegible] ctorum: in noſtro Regno Siciliæ [illegible] eſſe ſolet ſex dierum, *v. n.* 642. [illegible] verbis Bullæ Pii IV. & Indicis relatis in *n.* 175. & 332. 333.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## DIFFICULTAS

346 PRocedit de libris prohibitis ſecundæ claſſis, qui continent doctrinam non ſanam ſecundo modo explicato ſub *numer.* 305. & 323. qui ſcilicet ſunt prohibiti, non quia contineant hæreſim, aut falſi dogmatis ſuſpicionem, ſed quia ſunt contra bonos mores, pacem, aut charitatem, &c.

347 Negat eſſe denunciandos Lupus *p.* 4. *lib.* 15. *diſt.* 2. *art.* 3. *diff. unicâ pag.* 464. pro quo Diana *p.* 11. *tr.* 8. *reſ.* 62. citat Carenam *p.* 2. *tr.* 10. §. 10. *n.* 66. Bord. *in Trib. fidei c.* 14. *q.* 38. *n.* 78. Ratio eſt, quia iſti, ut conſtat ex Pio IV. & Indice adducto 331. nulla afficiuntur excommunicatione, nec ſunt ſuſpecti de hæreſi, ſed ſolùm peccant mortaliter, & dantur puniendi pœnâ arbitrariâ ab Epiſcopis, & licèt ex litteris relatis *num.* 336. traduntur etiam puniendi ab Inquiſitoribus, non ſequitur, quòd ſint denunciandi, quia non ſunt ſuſpecti.

348 Reſp. tamen eſſe denunciandos, Diana *citat.* & Bord. *ipſe in man. Conſultat. ſect.* 48. *n.* 56. & *ſect.* 46. *num.* 83. probatur ex Bulla Gregor. XV. & Urb. VIII. tenoris ſequentis.

*Apoſtolatûs officium, &c. Cùm librorum lectio magno ſinceræ fidei cultoribus detrimento eſſe noſcatur, & ſicut accepimus, nimis exceſſiva ſit hujuſmodi libros legendi licentiarum copia: Nos &c. omnes, & ſingulas licentias legendi, & habendi libros quoſcumque, ob hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem, ſeu per Conſtitutiones Apoſtolicas, etiam aſtrologiæ judiciariæ, vel alios quomodolibet prohibitos quibuſcumque perſonis laicis, & Eccleſiaſticis tam ſæcularibus, quàm Regularibus cujuſcumque Ordinis, Societatis, & Inſtituti exiſtentibus, ac quâcunque dignitate etiam Eccleſiaſticâ fulgentibus, &c. etiam ſpeciali notâ, & mentione dignis, &c. ex quacunque cauſa, &c. conceſſas, &c. revocamus, caſſamus, & annullamus, &c. quinimo libros per licentias hujuſmodi permiſſos legentes, aut habentes pœnas in Sacris Canonibus, Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Indicibus librorum prohibitorum contentas incurrere volumus, & declaramus.*

349 *Decernentes, ut præſentes litteræ, poſtquam in valvis, &c. affixæ fuerint, infra duos citra montes, ultra vero montes infra quatuor menſes ex tunc proximos, omnes, & ſingulos, ad quos ſpectant, arctent, & afficiant, perinde ac ſi unicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent; quodque dictis duobus, & reſpectivè quatuor menſibus durantibus, ii, qui libros prohibitos habuerint, eos ad Epiſcopum, ſeu Inquiſitorem, qui illos quantocius comburere debeat, deferre; quique aliquos ſimiles libros prohibitos habere ſciverint, eos denunciare teneantur; neque de cætero ſimiles licentiæ, niſi à Congregatione S. Officii, dum ſingulis hebdomadis coram Nobis habetur, vel ab aliis per Nos etiam in eadem Congregatione ſpecialiter deputandis, concedantur, &c.* Datum ſub die 2. Aprilis 1631.

Ubi hæc ultima verba: *Aliquos ſimiles libros prohibitos* referuntur ad priora: *Libros quoſcunque ob hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem, vel alios quomodolibet prohibitos*; ac proinde præfati Pontifices præcipiunt, denuntiandos eſſe à ſcientibus detinentes libros quomodolibet prohibitos, etiam ob aliam cauſam, quæ non ſit hæreſis, aut falſi dogmatis ſuſpicio.

Tum quia ex litteris recenſitis *ſub. n.* 336. dantur puniendi ab Inquiſitoribus, tanquam eorum Judicibus, & conſequenter dantur illis denuntiandi.

Verum tamen eſt, eos non eſſe excommu-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nicatos, nec ſuſpectos de hæreſi, ut probat Lupus *cit.* & concedit Bord. *in man. Conſult. ſect.* 49. *n.* 81. & apud ipſum, Carena, Saleiles, & Burſatus; quia nec legunt, nec retinent librum contra fidem; unde iſti puniendi ſunt ab Inquiſitoribus ſimplici punitione arbitrariâ ſine abjuratione; quia non peccant contra fidem. Bord. *cit. n.* 83. Bonac. *tom.* 1. *diſp.* 2. *de excom. punct.* 4. *n.* 5.

350 Certum eſt autem, 1. Quòd qui aſſereret libros ex præſcripto S. Inquiſitionis prohibitos, poſſe in conſcientia retineri, ſi non contineant doctrinam contrariam fidei, aut ſacræ doctrinæ, eſſet denunciandus uti aſſertor propoſitionis temerariæ, ſcandaloſæ: ità Diana *par.* 11. *tr.* 8. *reſ.* 63.

351 Certum eſt, 2. Quòd libri, qui non prohibentur perpetuò, ſed ſuſpenduntur ad tempus, donec expurgentur, eò quia unam, aut alteram hæreſim caſu contineant, vel ob alium errorem, non poſſunt legi, aut retineri intra tempus prohibitionis, & correctionis ex Decr. Alex. VII. in prop. damnata 45. unde tunc retinentes ſunt denunciandi; factâ autem correctione per eos, ad quos ſpectat, haud ampliùs ſunt prohibiti.

352 Certum eſt etiam, non eſſe onus denunciandi, nec reſpectivè excommunicationem in caſibus, in quibus quis à peccato mortali excuſatur, juxtà *dicta nu.* 288. pro qua re facit ſequens Caput.

## CAPUT VIII.

### *De Excommunicatione Bullæ Cœnæ contra legentes, retinentes, &c. libros hæreticorum.*

### QUÆRES

353 *Quid requiratur ad incurrendam recenſitam Bullæ Cœnæ excommunicationem?*

RESP. requiri quinque ſimul conditiones, ita ut unâ deficiente, cenſura non incurratur.

### 1. CONDITIO

354 EST, ut Auctor libri ſit hæreticus.

Nomine hæretici venit, 1. ille, qui damnatus, ſive perſonaliter, & nominatim, ſive generaliter in ſua ſecta, de qua eſt natus. 2. Ille, qui eſt natus inter Catholicos, & baptizatus Catholicus, liber tamen ab eo compoſitus ex profeſſo tractat de hæreſibus, & apertè Catholicas veritates impugnat, hæreſes defendendo. Alberghinus *cap.* 32. *num.* 21. & Bord. *in man. Conſult. ſect.* 49. *n.* 84. hic namque, licèt non ſit perſonaliter damnatus, nec natus ex hæreticorum ſecta, eſt pernicioſior fidei hoſtis, quia eſt lupus in ſpecie agnos. Nec eum juvat proteſtatio, qua ſe & ſua opera Eccleſiæ correctioni ſubjicit, quoniam hæc eſt aſtuta colluſio, & ſatis oſtendit mentem, dum contrarium facit dicto. Et hic comprehenditur in verbis Bullæ Cœnæ relatis *num.* 319. *ac omnes, & ſingulos alios hæreticos, quocumque nomine cenſeantur.* Non ſic de Auctore Catholico, qui in ſuo opere unam, aut alteram hæreſim per tranſitum, ſeu incidenter ponit, *v. num.* 160. 3. Veniunt ſchiſmatici, qui communiter ſunt hæretici: unde liber Græcorum, & Armenorum Schiſmaticorum de eorum ritibus tractans comprehenditur ſub cenſura Cœnæ, quia de Religione tractat. Tamb. *lib.* 2. Decal. *l.* 1. *q.* 7. *n.* 8. contra Leandrum *de cenſ. tr.* 3. *diſp.* 1. *q.* 4. qui dicit, eorum ritus non eſſe ab Eccleſia habitos tanquam hæreticos.

355 Hinc ab excommunicatione Bullæ Cœnæ excluduntur, 1. libri Gentilium, infidelium, Judæorum, & Catechumenorum, quamvis contra Religionem, ut liber Talmud, &c. quia non ſunt libri hæreticorum, *v. n.* 320. 2. libri Origenis, & Tertulliani

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia licèt habuerint errores contra fidem, ob ſpecialem tamen utilitatem ab Eccleſia permittuntur, & jam ſunt expurgati.

Tertiò excluduntur legentes, aut retinentes libros Catholicorum, in quibus referuntur errores hæreticorum, vel in quibus ſunt ſcholia, aut annotationes hæreticorum [niſi ſcholia eſſent tam copioſa, ut ex illis potiùs, quàm ex textu, liber conſtare videretur] etiam ſi animo hæreſim addiſcendi legant; quia non ſunt libri hæreticorum: ſuppoſito tamen, quòd ſint prohibiti, incurrunt excommunicationem Indicis non reſervatam; quia legunt, aut retinent libros, aut ſcripta ob hæreſim, vel ſuſpicionem falſi dogmatis damnata. Alberghinus *cap.* 32. *num.* 4. Bord. *in Trib. fidei cap.* 14. *a num.* 66. Buſemb. *lib.* 7. *c.* 2. *dub.* 3. *tract.* 5. *num.* 1. Bonac. *tom.* 1. *diſp.* 2. *de excom. punct.* 4. *num.* 6. Imò Diana *p.* 1. *tr.* 11. *reſ.* 32. & Leander *de cenſuris tr.* 3. *diſp.* 1. *quæſt.* 46. idem tenent, etiam ſi ſcholia ſint tam copioſa, ut ex illis potiùs liber conſtare videretur; quia adhuc cenſetur liber Auctoris Catholici, non hæretici.

## 2. CONDITIO

356 UT liber expreſsè contineat hæreſim, vel de Religione tractet.

Unde ad incurrendam excommunicationem Cœnæ non ſufficit, quòd liber ſit hæretici, ſed requiritur, quòd contineat hæreſim, vel de Religione tractet; ac proinde, ſi ſit liber medicinæ, hiſtoriarum, &c. nullam continens hæreſim, non cadit ſub excommunicatione Cœnæ, ſed ſolùm ſub excommunicatione Indicis non reſervata, quæ comprehendit omnes legentes, aut retinentes libros hæreticorum, licèt hæreſim non contineant, nec de Religione tractent. Leander *de cenſuris tr.* 3. *diſp.* 1. *qu.* 37. *v. n.* 175.

*Contineat hæreſim.*

Filliuc. Souſa, Carena, Graffius, & Sairus apud Bord. *in Trib. fidei c.* 14. *n.* 70. quibus probabiliter adhæret Diana *p.* 1. *tr.* 11. *reſ.* 31. volunt non comprehendi ſub excommunicatione Bullæ Cœnæ, ſed ſolùm ſub excommunicatione Indicis, legentes, aut retinentes librum hæretici, licèt aliquas contineat hæreſes, ſi non tractet ex profeſſò de hæreſi, aut de fide, putà ſi eſt liber Philoſophiæ, medicinæ, &c. ſed requiri, ut ex profeſſo tractet de hæreſi, ſeu de fide, aut Religione; quia particula *hæreſim*, licèt ſit expreſſa in ſingulari, accipi debet in plurali, ex uſitatiori Auctorum acceptione, qui librum tractantem ex profeſſo de hæreſi vocant in ſingulari de hæreſi, ſicut librum tractantem ex profeſſo de fide vocant in ſingulari de fide, licèt ille innumeras contineat propoſitiones hæreticas, iſte de fide.

Quam opinionem Sanchez apud Buſemb. *lib.* 7. *de cenſ. cap.* 2. *dub.* 3. *art.* 5. *num.* 2. præſertim confirmat pro Germania, ubi Bulla Cœnæ non eſt cum tanto rigore recepta.

Et Buſemb. *cit.* addit: *Legens tamen tales* [videlicet libros hæreticorum de Philoſophia, medicina, &c. ſive nullam, ſive aliquam incidenter hæreſim contineant] *incurrit excommunicationem non reſervatam Indicis librorum prohibitorum, ubi is eſt receptus; quod non videtur eſſe factum in Germania ſaltem cum iſto rigore*, ut habet Layman. *lib.* 2. *t.* 1. *c.* 15. *n.* 8.

357 Dico tamen, comprehendi ſub excommunicatione Bullæ Cœnæ, etiam ſi non tractet ex profeſſò de fide, aut Religione, & unam contineat hæreſim, dummodò ſit liber hæretici perſonaliter, ſeu nominatim damnati, aut nati ex ſecta hæreticorum. Sanchez *in ſum. t.* 1. *lib.* 2. *cap.* 10. *nu.* 34. Bonac. *de*

*cenſuris*

*cenſuris diſp.* 2. *q.* 5. *punct.* 4. *n.* 19. Suarez, & Alterius cum Diana *cit.* qui hanc ſententiam probabiliorem vocet.

Ratio eſt, quia Bulla Cœnæ relata *n.* 319. expreſsè requirit ſub disjunctione, quod liber hæretici contineat hæreſim, vel de Religione tractet; per quam particulam disiunctivam dat clarè intelligere, ſufficere, quòd liber contineat hæreſim in ſingulari, licèt de Religione non tractet, ſed de medicina, &c. unde abſolutè hanc ſententiam tenet Diana *p.* 6. *tr.* 6. *reſ.* 55. Leander *cit. q.* 39. *v. n.* 342.

358 Hinc fit, quòd ſi librum hæretici unam continentem hæreſim legas quoad partem notabilem non continentem hæreſim, incidas in hanc cenſuram. Bord. *ipſe in man. Conſult. ſect.* 49. *n.* 44. Diana *p.* 6. *tr.* 6. *reſ.* 55. quia legis opus prohibitum ratione ſui totius, & librum hæretici continentem, *v. num.* 441.

359 Quòd ſi opus illud dividatur in plures tomos, tunc legendo tomum non continentem hæreſim, nec de Religione tractantem, non incidis in excommunicationem Bullæ Cœnæ. Alberghinus *cap.* 32 *n.* 7. Incidis tamen, ſi omnes tomi non ſint ſeparati, ſed coeant in unum librum, quia tunc quilibet tomus eſt pars totius libri. Diana *p.* 6. *tr.* 6. *reſ.* 55. *v. n.* 441.

Imò, ſi libro hæretici unam continente hæreſim, hæreſim deleas, adhuc cenſuram Cœnæ incurris, ſi eum legas, aut retineas. Leander *cit. quæſt.* 41. & Diana *cit.* contra Crouſers in Reg. S. Franc. *cap.* 7. *lect.* 5. *pag.* 522. quia deletio hæreſis fieri debet authoritate publicâ, ut liber relinquatur liber ad legendum, *&c. v. num.* 441.

360 *Vel de Religione tractet.*

Certum quidem eſt, quòd liber debeat ex profeſſo, & non incidenter de Religione tractare; aliud enim eſt, librum continere hæreſim, aliud *de Religione tractare*; nam tractare, ſignificat ex profeſſo agere, hæreſim continere verò ſatis per unicam hæreſim in libro repertam verificatur, *v. n.* 301.

De Religione tractare dicitur liber, qui de Deo, ut objecto metaphyſicæ, non agat de inſtructione politica, præciſivè ab inſtructione morum, Tamb. *lib.* 2. *de* ... *cal. c.* 1. §. 7. *num.* 7.

DIFFICULTAS EST

361 AN liber hæretici de Religione non ... prehendatur ſub excommunicatione Bullæ Cœnæ, ſi nullam contineat hæreſim?

Negat Bord. *Trib. fidei c.* 14. *n.* ... ſi liber hæretici de Religione tractans, ... ne tractet, ceſſat finis legis prohibentis, qui eſt periculum ſubverſionis, & ... nis.

362 Dico tamen comprehendi ſub cenſura Cœnæ, ut Bord. ipſe fatetur ... *in man. Conſult. ſect.* 48. *n.* 10. & 11. ... 49. *n.* 51. quia finis legis prohibentis lectionem, & retentionem librorum hæreticorum de Religione tractantium, non eſt ... periculum infectionis, qui quidem ... habetur, ſi contineant hæreſim; ſed etiam odium Auctorum, in quantum ... viſum eſt Eccleſiæ, ut fideles in materia Religionis ab hæreticis erudiantur, ... 304. & 317. qui finis permanet, etiamſi liber nullum errorem, ſed ſanam doctrinam contineat.

Tum quia particula disjunctiva ... ficat ſufficere abſolutè unum, vel alterum, nempè, vel quòd liber hæreſim contineat, vel quòd de Religione tractet alioquin ſi liber de Religione deberet hæreſim continere, hoc ſecundum non exprimeret quia ...

ſimul primo, ſed contineretur in primo, ac proinde non fuiſſet neceſſaria, ſed ſuperflua conjunctio; quia ex jure *leges non patiuntur conſulam ſuperfluam*.

3. CONDITIO

363 UT legatur materia notabilis ſufficiens ad mortale.

Datur enim parvitas materiæ: hinc ab excommunicatione Bullæ Cœnæ excuſat lectio decem linearum, etiam ſi ibi exprimatur hæreſis: quia tam parva, & ſubita lectio non affert periculum infectionis: *v. nu.* 419. excuſat pariter lectio unius paginæ. Bord. *cum auctorum man. Conſult. ſect.* 49. *n.* 25. etiam magni voluminis, ſecundùm Sanchez, Rodr. 88, apud Buſemb *lib.* 7. *cap.* 2. *dub.* 3. *art.* 5. *n.* 5. Idem tenent Diana *p.* 6. *tr.* 6. *reſp.* 55. & Leander *de cenſ. tr.* 3. *diſp.* 1. *q.* 61. Id tamen nego de pagina magni voluminis cum Bonac. *tom.* 3. *de cenſ. diſp.* 1. *q.* 2. *punct.* 4. *n.* 14. & Caſtropal. *tr.* 4. *diſp.* 2. *punct.* 10. *n.* 5. Layman, qui apud Buſemb. *cit.* concedit confeſſario, ut poſſit eâ opinione uti, ut non ſemper damnet peccati mortalis, & excommunicationis eum, qui bono fine, vel etiam ex curioſitate unam paginam legit.

Non excuſat autem lectio unius folii, Bord. *cit. n.* 70.

Excuſat verò retentio unius folii, etiam ſi hæreſim contineat; Leander *cit. q.* 67. cum Sanchez, & Fagun. contra Bonac. quia ſicut minus periculum eſt retinere, quàm legere unum folium, ità minus delictum eſt retinere, quàm legere unum foliũ; adeóque, licèt unum folium reſpectu lectionis ſit materia notabilis, non ſic reſpectu retentionis: ità Leanderi *cit.*

364 Qui propoſuit multum legere: at poſtea paginam non exceſſit: aut multum retinere, ſed mutatâ voluntate librum conſignavit, excuſatur; quia ad incurrendas pœnas humanas, non ſufficit intentio executionis, ſed requiritur ipſa executio; quia pœna inducitur ex actu externo perfecto. Bord. *cit. n.* 43.

365 A fortiori excuſat parvitas temporis in retinendo; quia periculum infectionis magis viget in lectione, quàm in retentione, ut conſtat.

Unde excuſatis, ſi retineas per unum, aut alterum diem. Buſemb. *cit. n.* 6. Bord. *cit. n.* 25. etiam ultra, ſi expectas opportunitatem eum conſignandi ſuperiori, pro quo citat Sayrum, Sanch. Farinac. Graff. Salellem, & Delbene: idem tenet Leander *de cenſ. tr.* 3. *diſp.* 1. *q.* 68. cum Bonac. Reginal. Duardo, & aliis, his verbis.

*Si enim commoditas deferendi ad Inquiſitores deeſſet, & illa abſque fraude, & negligentia diu expectaretur, non eſſet locus huic cenſuræ, quia non dicitur verè retinere contra Eccleſiæ interdictum, qui opportunum tradendi tempus expectat: ſicut nec dicitur rem alienam invito domino poſſidere, eam reſtituendi commodè occaſionem expectans*; *v. nu.* 481.

Et *quæſt.* 69. addit, quòd ſi poſt datam opportunitatem conſiliandi adhuc retineret per duos dies, non incurreret cenſuram, ob parvi temporis retentionem. Bonac. *tom.* 1. *diſp.* 1. *q.* 2. *punct.* 4. *n.* 15. Tamb. *lib.* 2. Dec. *c.* 1. §. 7. *n.* 44.

366 Excuſatur ab excommunicatione Cœnæ legens Epiſtolam hæretici, aut brevem concionem ſeorſim editam, etiam ſi contineat hæreſim. Buſemb. *cit. n.* 4. & Alberghinus *cap.* 32. *nu.* 5. Diana *p.* 1. *tr.* 11. *reſ.* 34. cum Filliuc. quia non eſt liber, & lex loquitur de libro.

367 Eam tamen incurrit, qui legit in quantitate notabili in libro hæretici Dedicatoriam, Procemium, Epiſtolam, ad lectorem,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aut indicem, etiam ſi nulla in ea parte ſit hæreſis, niſi excuſet parvitas materiæ. Doctores *cit.* quia hæc ſunt partes libri: *v. num.* 358. 419.

368 Nomine libri venit volumen, ſive magnum, ſive parvum, ſive typis impreſſum, ſive ſcriptum. Leander *cit. q.* 43. cum multis contra Tamb. *lib.* 2. Decal. *c.* 1. ¶. 7. *à n.* 13. qui tenet manuſcriptum non venire nomine libri, ac proinde non comprehendi ſub cenſura Cœnæ: hæc enim eſt differentia accidentalis in ratione caracteris. Nomine ſcripti venit unum, vel alterum folium, ſive ſcriptum, ſive impreſſum.

369 Quaternus venit nomine libri, quia eſt volumen; quod enim liber pluribus quaternis conſtet, eſt differentia materialis: hinc ritè ſcholaſtici theſes, quas non in folio, ſed in uno quaterno frequenter in publicis diſputationibus tradunt, vocant vulgo *libretto*: quaternus dicitur, qui ex quatuor cartulis complicatis conſtat.

370 Bulla autem Cœnæ exprimit librum, non ſcriptum; quia liber diu conſervatur, & faciliùs publicatur, ac communicatur.

371 Hinc qui unum, vel alterum folium à libro ſeparatum legit, non incidit in cenſuram Bullæ Cœnæ, quia nec actu, nec potentiâ ſaltem proximâ eſt liber, ſed ſcriptum: incidit autem in cenſuram non reſervatam Pii IV. & Indicis, quæ comprehendit tam libros, quàm ſcripta: *v. n.* 331. *&* 443.

## DIFFICULTAS EST

372 De venditoribus, qui retinent in quantitate, & miſſa notabili folia librorum prohibitorum diviſa, ut illis involvant res venditas. An ſcilicet incidant in cenſuram Cœnæ.

Negat Delbene *dub.* 40. *pet.* 6, quia finis legis prohibentis librorum hæreticorum retentionem, eſt, ut deſtruantur; & vendentes jam eos retinent ad deſtruendum, dum retinent, ut eorum folia dividant, eiſque [illegible] involvant: imò per hujuſmodi [illegible] nunt eſſe libri, & cenſentur maſſa [illegible] deſtinata non ad legendum, ſed ut [illegible] ad pondus, & ut ad alium vilem [illegible] ſerviant.

373 Dico tamen, eos incidere in [illegible] ram Cœnæ; quia hujuſmodi foliorum [illegible] ſio eſt potiùs libri hæretici communicatio, quàm deſtructio; & eſt magis [illegible] Chriſtianæ Reipublicæ, ac contraria [illegible] gis prohibentis, ob infectionis periculum, quia ſic magis hæreticorum errores communicantur, quàm ſi totus liber apud [illegible] extitiſſet. Adde librorum deſtructionem eſſe faciendam authoritate propria [illegible] periorem, & per combuſtionem; ut [illegible] ac proinde hujuſmodi retentores [illegible] cenſuram Cœnæ: ità Bord. *in man.* [illegible] *ſect.* 49. *n.* 27.

## 4. CONDITIO

374 Ut ſcienter legatur, retineatur [illegible] Liquet ex verbis Bullæ Cœnæ [illegible] 162. *ſcienter legentes, aut retinentes*, & quæ conditio requiritur, tam ad cenſuram Cœnæ, quàm Pii IV. quia una Bulla [illegible] declarat. Bord. *in man. conſult. ſect.* [illegible]

375 Ignorantia, alia dicitur invincibilis, & eſt illa, quæ moraliter vinci, & [illegible] non poteſt, & tunc habetur, quando [illegible] cognitio, cogitatio, aut expreſſa [illegible] obligatione menti occurrit, quâ poſſit [illegible] excitari ad inquirendam legis, & obligationis notitiam: vel ſi menti occurrit, [illegible] rei qualitatem moralem diligentiam [illegible] bendam notitiam, & non habuit: ut [illegible] bitans librum eſſe hæretici, ignorantem [illegible] rum putatum doctum, & accepit [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pam ſit: & hæc dicitur involuntaria, & inculpabilis.

Alia dicitur vincibilis, quæ moraliter poteſt vinci, & expelli: & tunc habetur, quando non eſt facta diligentia moralis ab eo, cui occurrit expreſſa dubitatio de obligatione: & hæc dicitur voluntaria, & culpabilis.

376 Ignorantia vincibilis eſt duplex, craſſa, ſeu ſupina, & affectata: craſſa eſt, cùm quis per meram negligentiam eſt piger ad eam deponendam: & hæc eſt voluntaria indirectè, quatenus eſt volita in alio tanquam in cauſa, ſcilicet in negligentia ſciendi; dicitur craſſa, & ſupina per metaphoram deſumptam ab homine craſſo, & pingui, qui communiter nimis negligens, & ſegnis eſſe ſolet; vel etiam ab homine ſupinè in lecto jacente, qui ſicut non curat videre ea, quæ propè ipſum ſunt, & negligit ſurgere ad vitanda mala ſequentia; ità ille non curat ſurgere ad ignorantiam repellendam.

377 Affectata eſt, cùm quis datâ operâ vult ignorare, ut cùm quis conſultò non vult ſcire, an hic liber ſit hæretici, ut liberiùs illum legat, aut retineat: & hæc eſt voluntaria directè; quia directè terminat affectum, & actum voluntatis: ubi advertit Arriaga, quòd, quando tu judicium probabile de aliqua re formas, non diceris habere ignorantiam affectatam, & culpabilem, de qua hic eſt ſermo; eſtò enim tunc cũſultò de ea re nolis ampliùs inquirere, & ſcire, & ſi fortè in re erres, non cenſeris ignorantiam affectare moraliter, nam conſcientia probabilis à peccato excuſat; ità ille in tract. de actibus humanis.

378 Demum ignorantia eſt triplex, antecedens, concomitans, & conſequens: antecedens eſt illa, quæ eſt cauſa actûs, ita ut ea non poſita, actus non fieret; & habetur, cùm quis eſt ità diſpoſitus, ut v. gr. ſi ſciat librum eſſe hæretici, & legem prohibentem ſub cenſura, illum non legeret. Concomitans eſt illa, quæ non eſt cauſa actûs, ità ut ſine ea adhuc actus fieret; & habetur, cùm quis eſt ità diſpoſitus, ut ſi ſciret librum eſſe hæretici, & legem prohibentem ſub cenſura, adhuc illum legeret. Conſequens eſt illa, quæ voluntatem ſequitur, eò quòd ſit verè volita, aut indirectè, cùm eſt craſſa; aut directè, cùm eſt affectata: unde eſt ignoranti libera, quatenùs potuit eam non habere, & noluit illam deponere. Ignorantia autem antecedens, & concomitans non eſt libera, niſi ſit craſſa, aut affectata: his poſitis.

379 Dico 1. quòd legens, aut retinens, &c. librum, ignorans eſſe hæretici, & hæreſim continere, aut de Religione tractare ignorantiâ craſsâ, ſive antecedenti, ſive concomitanti, ſive juris, ſive facti, excuſatur à cenſura; minimè, ſi ignoret ignorantiâ affectatâ: eſt communis, quoad 1. partem, Buſemb. *lib. 7. cap. 2. dub. 3. art. 5. n. 7.* & Leander *de cenſuris tr. 1. diſp. 9. à q. 18. ad 22.* eſt tamen quoad 2. partem contra Dianam *p. 3. tr. 6. reſ. 7. & p. 5. tr. 5. reſ.* 11. Bonac. Tamb. & Hurt. qui iiſdem rationibus idem tenent de ignorantia affectata.

380 Ratio 1. partis eſt, 1. quia quando lex pro incurſione pœnæ expoſcit ſcientiam illa ignorantia excuſat, quæ ſcientiæ opponitur; talis eſt ignorantia craſſa, nam craſsè ignorantes non dicuntur ſcientes, 2. quia quando lex pœnalis requirit ſcientiã, ſolùm intendit punire delictum formaliter, & directè volitum, quale non eſt cum ignorantia craſſa; unde licèt hæc non excuſet à culpa, excuſat à pœna lege humanâ impoſita contra ſcientes.

381 Nec officit, ſi ignorantia ſit concomitans, quia diſpoſitio, & affectus ille, quòd adhuc librũ legiſſes, ſi ſciviſſes eſſe hæretici, & legem ſub cenſura prohibentem, ſi eſt ha-

 bitualis,

bitualis, virtualis, aut actualis, cùm non ſupponat actualem cognitionem ejus, non facit actum voluntarium actum individuum externum lectionis libri ſub circumſtantia hæretici, & cenſuræ. Item ſolùm, ſi eſt actualis, facit, quòd legens tantùm peccet peccato interno, non externo; nam lectio externa non procedit hìc, & nunc ex ea prava voluntate; quia actus externus non eſt voluntarius, niſi procedat ab actu voluntatis tanquam à cauſa.

382 Ratio 2. partis, quia ignorantia affectata æquiparatur ſcientiæ, & æquivalet dolo: ſic namque ignorans, expreſsè non vult intelligere, ut liberiùs peccet: ecce dolum, & temeritatem: *dolus* autem ex jure, *nemini ſuffragari poteſt*. Idem eſt dicendum, quando pœna imponitur ſub his verbis: *Si quis temerè, malitiosè, conſultò, audacter*; *ſi quis præſumpſerit, auſus fuerit id facere*, *hanc pœnam incurrat*; nam temeritas, audacia, & ſimilia, cùm requirant contemptum, æquivalent ſcientiæ, & dolum important, quæ non reperiuntur in laborante ignorantiâ craſsâ.

383 Dico 2. quòd ſcienter legens, aut retinens librum hæretici, ignorans tamen eſſe illi annexam excommunicationem Bullæ Cœnæ, excommunicationem non incurrat; quia ignorantia pœnæ excuſat à pœna; unde poteſt à quolibet Confeſſario abſolvi, à quo quidem monendus eſt de cenſura, & obligandus ad conſignandum librum Inquiſitoribus: *v. n.* 463.

5. CONDITIO

384 Eſt, ut legatur, retineatur, &c. ſine licentia.

Unde non incidit in cenſuram, qui cum debita licentia librum hæretici legit, aut retinet: debet autem cautè eum retinere, ne perveniat ad manus licentiam non habentis.

Habens tamen licentiam, poteſt committere alteri eam non habenti, ut legat coram ſe audiente, ſi ille linguam latinam ignoret, Bord. *in man. conſult. ſect.* 50. *n.* 9. cum Del Bene.

385 Licentia legendi, aut retinendi libros, ſive ob hæreſim, ſive quavis ex cauſa prohibitos, dare non poteſt, niſi à Summo Pontifice, vel à Sacr. Congr. S. Officii coram Sanctiſſimo habita, aut ab iis, qui fuerint ab eadem Sac. Congr. ad id ſpecialiter deputati; conſtat ex Decr. Urb. VIII. *n.* 348. relato.

386 Unde eam dare non poſſunt, etſi prædictos libros legere valent Cardinales, Epiſcopi, aut Inquiſitores, niſi ſpecialem deputationem habeant: patet ex illis verbis Decreti: *Neque de cætero ſimiles licentiæ, niſi à Congr. S. Officii coram nobis, vel ab aliis per nos in eadem Congreg. ſpecialiter deputatis concedantur*; ubi particula excluſiva, niſi, omnes præter nominatos excludit. Bord. *in man. conſult. ſect.* 50. *n.* 22. Diana *p.* 4. *tract.* 8. *reſ.* 46.

387 Poſſunt autem Inquiſitores licentiam ſuis Qualificatoribus concedere legendi libros non jam prohibitos, in quibus hæreſes, errores, & propoſitiones qualificatione indigentes; minimè verò loquendo de libris jam prohibitis. Bord. *cit. ſect.* 48. *n.* [illegible] quia munus Inquiſitorum quoad libros continentes errores, & propoſitiones qualificatione indigentes, eſt, eos qualificare; quoad libros verò jam prohibitos munus eſt illos comburere, non qualificare, cum jam qualificati ſupponantur.

388 Tamb. *in lib.* 2. *Dec. cap.* 1. §. 7. *n.* 20. ait: *Conſiderent autem docti, num in Urbani clauſula* [*ne concedantur*] *auferat poteſtatem, non enim dicit, ne poſſint concedere, ſed ne concedantur*; per quæ verba videtur inſinuare, quòd Decr. Urb. prohibeat [illegible]

aliis

ctum, minimè tollat poteſtatem concedendi licentias.

Doctores autem cit. communiter ex Decr. Urbani inferunt, non poſſe alios præter nominatos hujuſmodi licentias concedere, & ratio, quia finis legis fuit omnes tales licentias eliminare per illa verba: *Caſſamus, & annullamus*; quia finis ſuum non ſortiretur effectum, ſi idem poſſent illas concedere; quoniam licentiæ caſſatæ poſſent iterùm per eorumdem novam conceſſionem reſurgere.

389 Salellus autem *regulâ* 141. *n.* 69. tenet, quòd Inquiſitores poſſint legere libros prohibitos, non obſtante Bullá Urb. VIII. quia ejus mens poteſt benignè interpretari, in quantum conforme eſt juri naturali, & neceſſarium bono publico fidei ad ejus defenſionem, ut Inquiſitores fruantur privilegio legendi, & habendi libros prohibitos, ſine quo vix poſſunt ſuum munus exequi.

Non placet Bord. cit. quia ſi ſine tali privilegio non poſſent ſuum munus exequi, haud prudenter Pontifex privilegium revocaſſet; ſatis autem poſſunt ſuum munus exequi, dum libros, antequam prohibeantur, habere valent, & qualificare, ut ſi opus ſit, prohibeantur.

390 Unde Leander *de cenſuris tr.* 3. *diſp.* 1. q. 73 habet.

*Sed licèt hæc ſententia olim mihi probabilior eſſet, nunc autem poſt Decr. Pauli V. & Urban. VIII. latum die 2. Aprilis anno 1631. ubi revocantur omnes licentiæ legendi libros hæreticorum, vel de hæreſi ſuſpectos, aut aliàs reprobatos, & damnatos, in Regnis Hiſpaniarum conceſſa ab Inquiſitore Generali, & Epiſcopis, imò ab ipſo Pontifice [exceptis Inquiſitori Generalis conceſſis] quibuſcumque perſonis, quâvis conditione, & dignitate fulgentibus, & qualificatis, omninò dicendum eſt, non excuſari à prædicta excommunicatione Inquiſitores legendo libros hæreticos, niſi Inquiſitor Generalis dumtaxat; quia hunc ſolum excipiunt dicta Pauli, & Urb. decreta, quæ ſunt appoſita in Indice librorum prohibitorum edito Hiſpali anno 1632.* ità ille.

391 Qui *in q.* 79. concedit, poſſe Epiſcopos legere libros hæreticorum, & dare facultatem aliis eos legendi in caſu neceſſitatis; quia in caſibus neceſſitatis poteſt Epiſcopus circa caſus Pontificis.

Loquendo præcisè de libris ob aliam cauſam prohibitis, quàm ob hæreſim, aut falſi dogmatis ſuſpicionem, Homobonus *tr.* 11. *q.* 15. *reſ.* 4. concedit, quòd non obſtante conſtit. Greg. XV. omnes licentias revocante, poſſint ab Epiſcopo, aut Inquiſitore viris dignis permitti.

Caſtellus *lib.* 1. *q.* 13. id concedit ſolùm quoad libros corrigendos; quia Gregor. licentias revocando, locutus eſt de libris prohibitis, nomine quorum veniunt libri ſimpliciter prohibiti.

Hæc duo dicta non approbat Diana *par.* 11. *tr.* 8. *reſ.* 62. quia verba Bullæ tam Greg. quàm Urb. ſunt abſoluta, & generalia; imò adducit conſuetudinem, & obſervantiam his verbis: *Conſuetudo, obſervantia interpretata eſt, verba Bullæ Urb. VIII. non ſolùm includere libros abſolutè prohibitos, ſed etiam prohibitos, donec corrigantur; patet ex praxi, & ſtylo Trib. S. Inquiſ. quod ipſum ſolum præbet licentiam legendi libros prohibitos, donec corrigantur; nec ullus Epiſcopus auſus eſt poſt Bullam Urb. VIII. & Greg. XV. talem licentiam præbere.*

392 Poſſunt Inquiſitores particulares, v. gr. Regni Siciliæ, concedere licentiam legendi libros ab ipſis prohibitos.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## DIFFICULTAS 1. EST,

393 AN tali licentiâ poſſit, qui eam habet, uti ubique terrarum?

Difficultas non procedit de licentia à S. Congregatione, aut ab aliquo Inquiſitore ab eo ad id deputato conceſſa; nam quòd eam habens poſſit ubique eos legere, non eſt dubium; quia eſt privilegium perſonale conceſſum à ſuperiore univerſali, ideóque ſequitur perſonam in omni loco.

394 Sed eſt difficultas de licentia ab aliquo Inquiſitore conceſſa legendi libros ſpecialiter ab ipſo prohibitos, an valeat eam habenti in aliis locis, ubi etiam ſunt prohibiti? An ſcilicet licentia tibi conceſſa ab Inquiſitoribus Regni Siciliæ legendi libros ſpecialiter ab ipſis prohibitos, tibi valeat etiam in Regno Sardiniæ, & in aliis locis, ubi pariter iidem libri ſunt à propriis Inquiſitoribus ſpecialiter prohibiti?

Dixi, ſi etiam ibi ſint ſpecialiter prohibiti; quia ſi non ſunt ibi ſpecialiter prohibiti, certum eſt te ibi eos legere poſſe; quia prohibitio librorum facta ab inquiſitore alicujus Provinciæ, aut loci, non ligat extra illam Provinciam, & locum; nam ejus juriſdictio reſtringitur intra proprium territorium.

395 Affirmant Hieronymus Rodr. *in comp. reſ. q. 2. n. 2.* Emman. Rodr. & Navar. apud Dianam *par. 4. tr. 8. reſ.* 100. 1. quia talis licentia eſt privilegium perſonale, perſonam ſequens quocunque vadit, 2. quia talis licentia procedit ex juriſdictione voluntaria, & gratioſa, quæ etiam extra proprium poteſt exercerì, ut abſolvere, dimiſſorias concedere, &c.

396 Dico tamen, te non poſſe tali licentiâ uti in aliis locis, ubi etiam libri ſunt ſpecialiter prohibiti. Port. *ver. Librorum prohibitio n.* 4. Leander *de cenſur. tr. 3. diſp. 1. q.* 78. quia ſunt territoria diverſa, & privilegium unius Epiſcopi derogare non poteſt præcepto alterius Epiſcopi.

397 Rationes in oppoſitum non ſunt ponderis; nam prima eſt vera, quando privilegium non invenit in aliis locis legem contrariam; quia privilegium unius Epiſcopi, aut Principis non poteſt derogare præcepto alterius Epiſcopi, aut Principis, hinc habens licentiam deferendi arma prohibita à Rege Neapolis, non poteſt ea deferre in Regno Siciliæ.

398 Ad 2. illa juriſdictio eſt voluntaria, & gratioſa, quæque exerceri poteſt extra proprium territorium, quæ non præjudicat juriſdictioni ſuperioris alterius territorii, putà ſi concedat ibi beneficia: talis eſt, ſi concedat dimiſſorias proprio ſubdito, ut ordines ſuſpiciat ab alio Epiſcopo; quia ſic alterius Epiſcopi juriſdictionem non lædit, ſed potiùs fovet, ſubmittendo ſuum ſubditum alterius juriſdictioni quoad ordines ſuſcipiendos: ſimiliter poteſt in alieno territorio abſolvere, ſi abſolvendus adhuc ſit ſibi ſubditus, juxtà dicta *n.* 107. Non poteſt autem non ſubdito, nec dimiſſorias, nec abſolutionem pro alieno territorio concedere; imò ſicut licentia audiendi confeſſiones data tibi ab uno Epiſcopo, non valet in territorio alterius; ità nec recenſita licentia legendi libros prohibitos, valet in territorio alterius Inquiſitoris.

## DIFFICULTAS 2. EST,

399 AN talem poteſtatem hujuſmodi licentias concedendi ſuis Religioſis habeant Generales Regularium?

Affirmat Peyr. *tom. 1. de priv. ind. Pauli V. n.* 10. dicens, Urb. VIII. non revocaſſe privilegia Regularium; nam tantùm loquitur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

loquitur de licentiis conceſſis perſonis particularibus, non de privilegiis Regularium.

400 Dico tamen, Generales Regularium, etiam Societatis, hujuſmodi licentias concedere non poſſe. Dian *pr.* 3. *tr.* 13. *reſ.* 49. Bord. *in Trib. fidei cap.* 14. *n.* 34. quia Urb. VIII. annullat omnes, & ſingulas licentias, etiam per Conſtitutiones Apoſtolicas, & quavis ex cauſa, & quibuſvis perſonis, quomodolibet privilegiatis conceſſas; & in fine ab hujuſmodi licentiis dandis excludit omnes, præter ibi nominatos, ut *num.* 349. ac proinde omnia privilegia, quæ quoad hoc erant, excludit; tum quia [ ut bene advertit Diana ] Inquiſitores adhuc poſſent libros prohibitos legere, quia hoc eis competit ex privilegio conceſſo dignitati, & non perſonæ; & Bulla Urb. annullavit licentias perſonis privatis conceſſas, non privilegia: ſicut igitur poſt Bullam Urb. non poſſunt Inquiſitores libros jam prohibitos legere, nec licentiam eos legendi concedere, ſic nec poſſunt Generales Regularium.

His de rationibus Diana cit. ait, ſe impetraſſe, & obtinuiſſe à Sacra Congreg. Univ. Inquiſit. licentiam legendi libros quomodolibet prohibitos, & eam regiſtraſſe hic Panormi in Tribunali S. Officii die 20. Auguſti 1636.

401 His igitur quinque conditionibus poſitis, legentes, retinentes, imprimentes, vel defendentes libros hæreticorum, cenſuram Bullæ Cœnæ incurrunt.

## CAPUT IX.

*De legentibus libros hæreticorum.*

402 LEgere dicitur non ſolùm, qui voce, ſed etiam qui tacitus oculis librum percurrit.

403 Legens, ignorans tamen linguam latinam, aut aliam, quâ eſt liber confectus, nec peccat, nec incurrit cenſuram. Diana *par.* 1. *tr.* 11. *reſ.* 36. Bord. *in man. conſult. ſect.* 49. *n.* 12. *&* 72. & apud ipſum Sanchez, Del Bene, & alii contra Bonac. quia ceſſat finis legis, nempe periculum infectionis, & odium Auctoris, quia Auctor ex lectione intelligentis, non ignorantis, honorem conſequitur: lectio namque illa eſt materialis, importans præcisè ſonum articulatum verborum, quo pacto etiam à pſittaco edi ſolet: hìc locum habet illud Catonis: *Legere, & non intelligere, non eſt legere*; per talem ergo lectionem, nec periculum adeſt, nec communicatio cum hæretico in doctrina.

414 Si verò illum per notabile tempus retineat, peccat mortaliter, & incurrit cenſuram; 1. quia talis retentio eſt in periculum infectionis aliorum, & in honorem Auctoris; 2. quia retentio per Bullam Cœnæ independenter à lectione prohibetur: conſtat per particulam disjunctivam, *aut*, in *n.* 321. *legentes, aut retinentes.* Leander *de cenſ. tr.* 3. *diſp.* 1. *q.* 63.

415 Legentes curioſitatis causâ, aut ob ſermonis elegantiam, non excuſantur. Leander *de cenſur. tr.* 3. *diſp.* 1. *qu.* 53. quia hæc non liberant à periculo infectionis. Tum quia prohibitio eſt abſoluta, nec Bulla conſiderat affectum legentis, ſed factum.

416 A cenſura excuſatur, qui librum hæretici aliàs ſæpè lectum, & mente retentum memoriâ recitet, etiam ex malo fine. Leander *cit. q.* 56. Bord. *in man. conſult. ſect.* 49. *num.* 48. Navarr. Fagun. Del Bene, & nonnulli alii apud eos; quia recitare non eſt legere, nec Bulla finem legentis, ſed factum conſiderat.

417 Non excuſatur famulus, ſi legat de mandato domini, ipſi domino audire volenti,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lenti, ſi famulus, quod legit, intelligat; quia verè legit.

Excuſatur verò quis, ſi legat de mandato alterius, à quo prudenter grave damnum timet. Bord. *cit. n.* 41. Leander *cit. q.* 57. *& alii*; quia metus gravis cadens in virum conſtantem excuſat à tranſgreſſione præcepti Eccleſiaſtici: ità Leander cum permultis *de cenſur. tr.* 1. *diſp.* 9. *q.* 25. contra Durandum; quia non poteſt de pietate S. Matris Eccleſiæ præſumi, quòd velit præcepta ſua cum gravi damno obligare, ſuaſque pœnas ligare. Tum quia, qui ex gravi metu tranſgreditur, non cenſetur contumax, quia non ex contemptu, ſed neceſſitate.

Rationes in oppoſitum explicantur de metu levi.

418 Ipſe hæreticus, ſi ſuum librum hæreſim continentem, aut de Religione tractantem legat, aut retineat, eſt pariter excommunicatus excommunicatione Cœnæ, ex duplici titulo, videlicet ratione hæreſis, & ratione lectionis, vel retentionis libri hæreſim continentis, aut de Religione tractantis. Leander *de cenſur. tr.* 3. *diſp.* 1. *q.* 5.

419 Semper autem in lectione librorum prohibitorum eſt attendenda gravitas materiæ, ubi commune eſt, quòd legens partem notabilem, in qua non eſt error, peccat mortaliter, & cenſuram incurrit, ſi lectio ſit ſub cenſura prohibita; quia ob unum errorem totus liber eſt prohibitus, & ſic quoad ſui omnes partes; & ſatis doctè advertit Tamb. *in* 2. *lib. Decal. cap.* 1. §. 7. *n.* 35. Quòd ſi conſultò legas paucas lineas illas, ubi eſt error, ob quem liber fuit prohibitus, pecces mortaliter, & reſpectivè cenſuram incurras; quia cum illæ lineæ ſint tota cauſa prohibitionis, inobedientia erit gravis: ſi autem eas legas non conſultò, ſed caſu, excuſaris ob parvitatem materiæ *v. n.* 367.

## QUÆRES I.

420 *An famulis legendo librum hæreti[cum] impulſus à domino metu gravi cadente in virum conſtantem, incurrat cenſuram, [ſi me]tus ſit incuſſus in contemptum Religionis, [vel] poteſtatis Eccleſiæ?*

PEccare mortaliter, ſed non incurrere cenſuram, tenent Candidus, & Salas apud Leandrum *de cenſur. tract.* 2. *diſp.* 9. *q.* [...] Ratio eſt, quia hic non peccat contra præceptum Eccleſiaſticum de non legendis libris hæreticorum ſub pœna cenſuræ; nam præceptum Eccleſiaſticum non obligat cum tanto detrimento: ſed contra præceptum divinum tuendi fidem, & Religionem, quod obligat etiam cum periculo vitæ.

Reſp. peccare mortaliter, & cenſuram incurrere. Leander *cit.* Bord. *in man. conf. ſect.* 49. *n.* 41. Villalob. Filliuc. & alii quam multi. Ratio 1. quia contemptus hic eſt ab intrinſeco malus, ut nulla ratione valeat cohoneſtari. Ratio 2. quia cum inducens iſte obligetur ſub mortali præcepto divino ad non legendum, prudenter præſumitur, quòd etiam Eccleſia velit illum ſuo præcepto ſub cenſura obligare.

## QUÆRES II.

421 *An audiens alium legentem librum hæretici incurrat cenſuram?*

NEgat Azorius, Sayrus, Graff. Laym. apud Leandrum *de cenſur. tr.* 3. *diſp.* 1. *q.* [...] ſi audiat caſu, aut ſi alium ſua voluntate legentem ad audiendum accedat. Aliter verò, ſi conſilio, juſſu, petitione, mandato inducat alium, ut ſibi legat. Ratio est, quia qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur, 2. quia iſte non ſe habet mere paſſivè, ſed activè influendo, & ideò legit.

Abſolutè affirmant Leander *cit. q.* [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

n. 59. Suarez, & Roccaful. apud ipſum, ſive audiat caſu, ſive conſilio, juſſu, petitione, aut mandato inducendo. Ratio eſt, 1. quia lectio conflatur ex duplici actione, nempe ex prolatione, & perceptione verborum; adeoque audiens, cum percipiat verba, quæ proferuntur, dicitur lectionem conſummare, & ſic legere completivè, 2. quia idem eſt periculum infectionis in audiente, & legente.

Reſp. quòd audiens legentem librum hæretici, ſive primo, ſive ſecundo modo audiat, peccat mortaliter, ſed non incurrit cenſuram. Port. *ver. Librorum prohibitio in addit. n.* 11. Tamb. *lib.* 2. *Decal. c.* 1. §. 7. *n.* 32. Diana *par.* 1. *tr.* 11. *reſ.* 133. & apud ipſum Filiuc. Sanchez, Bonac. & permulti. Ratio eſt, quia ex jure verba legis pœnalis ſunt in propria, & ſtricta ſignificatione accipienda.

Imò Tamb. *cit. n.* 33. concedit, quòd ſi dominus audiat famulum indoctum ſuo juſſu legentem librum latinum prohibitum, neuter peccet, nec incurrat cenſuram: non dominus, quia non legit, nec dicitur cooperari peccato alterius, quia ſolùm inducit famulum ad materialem lectionem, quæ non eſt prohibita: *v. n.* 403. non famulus, quia materialiter legit. Dico tamen, famulum peccare mortaliter ratione cooperationis, ſi ſit periculum infectionis in domino audiente; præſertim ſi ſciret, eum audire animo errorem addiſcendi.

422 Ad rationes oppoſitas, ad 1. primæ opinionis; in recenſita regula, *qui per alium facit, &c.* factio non accipitur propriè, & ſtrictè, ſed interpretatur per fictionem juris; delicta verò in ordine ad pœnas, præſertim cenſuras, non finguntur: hinc ex communi ſententia cenſura lata contra facientes non afficit mandantes, conſulentes, inducentes, &c. Bord. *cit. n.* 35. cum Bonac. *q.* 1. *de cenſ. par.* 6. Barb. & alii; inducens autem alium ad legendum, propriè non dicitur legere, quia [ut advertit Bord. cit.] lectio eſt actus phyſicus vitalis, inductio verò eſt actus moralis.

Per hoc ſolvitur ſecunda ratio, quia iſte ſe habet activè actione morali, non phyſica, phyſicè autem quoad lectionem, quam audit, paſſivè ſe habet, ac proindè propriè non legit.

423 Ad 1. ſecundæ opinionis: lectio quidem dicit duas actiones, prolationem ſcilicet, & perceptionem, ſeu intelligentiam verborum, quæ tamen utraque ſit in ipſo proferente, quaſi actus immanens: hinc ex defectu intelligentiæ in ipſo proferente, diximus *n.* 403. quòd legens, & non intelligens, non eſt legens; ac proinde à cenſura excuſetur.

424 Ad 2. licèt idem ſit periculum infectionis in audiente, & legente, non ſequitur, quòd audiens cenſuram incurrat, ſicut legens, quia lex ſolùm expreſſit legentes, non audientes; quod apertè demonſtrat noluiſſe audientem comprehendere; quia ex jure, *ſi aliud voluiſſet, expreſſiſſet*; & in odioſis non valet argumentum de caſu expreſſo ad caſum non expreſſum ex identitate, aut ſimilitudine rationis: *v. n.* 489.

425 Ratio autem, quare lex legentes, non audientes expreſſit, potuit eſſe; quia leges non ad ea, quæ raró, ſed quæ per ſe, & ſæpè contingunt, ſe referunt, *leg. Nam ad ea, ff. de legibus*: lectio verò libri hæretici ſæpè, auditio raró contingit; nam legens ſciens ſe denunciandum, & puniendum, diligenter curat in occulto legere, ut à nullo audiatur; certum namq; eſt, ut audiens legentem librum prohibitum, teneatur illum denũciare. Bord. *in man. conſult. ſect.* 49. *n.* 40. & ideò lex ful-

minando cenſuram, legentes, non audientes expreſſit.

## QUÆRES III.

426 *An legens librum hæretici in Gallia, Anglia, & aliis locis, ubi Bulla Cœnæ non eſt recepta, incidat in cenſuram?*

RESp. negativè. Diana *par. 2. tr. 11. reſ. 35.* Leander *de cenſur. tract. 3. diſp. 1. quæſt. 51.* Decanus, Sanchez, quamplures apud eos; quia hoc eſt commune cunctis legibus humanis: hinc Decanus *in ſumm. theolog. tract. 3. cap. 6. quæſt. 8. num. 4.* ait, multos Catholicos in Germania excuſari à cenſura, quia multis in locis Bulla uſu recepta non eſt.

427 Non excuſatur autem in locis illis, ubi Catholici ſunt cum hæreticis permixti, & Bulla eſt uſu recepta, ubi Leander cit. addit limitationem Hurtadi de Mendoza, his verbis.

*Ait enim, quòd illi, ad quos non ſpectat tueri fidem, in dictis Provinciis, publica diſputatione, aut ſcripto, minimè poſſint tales libros legere, quamvis ſit cum animo errores confutandi, bene tamen illi, quibus incumbit fidei propugnatio; quia tunc ipſa fides pateretur damnum, cum libris hæreticorum non inſpectis, non poſſint illorum errores oppugnari: poſſunt ergo, imò & debent tales Doctores hujuſmodi libros in dicto caſu legere.*

## CAPUT X.

### *De retinentibus libros hæreticorum.*

428 REtinere dicitur, qui apud ſe librum habet, ſive proprium, ſive alienum, quovis modo illum habeat, ſive commodatum, ſive ad ligandum, &c. ſive retineat proprio, ſive alieno nomine; quia Bulla non requirit, quòd liber ſit proprius retinentis, ſed abſolutè prohibet, ne retineatur, & retinens alieno nomine, verè dicitur retinens. Bord. *cit. ſect. 49. n. 24. & in Trib. [illegible] cap. 14. n. 72.* etiam ſi in aliena domo [illegible] at. Buſemb. *lib. 7. cap. 2. dub. 3. art. [illegible]* Bonac. *tom. 3. diſp. 1. q. 2. pun. 4. n. [illegible]* hic à cenſura non excuſatur.

429 Retinens ad confutandum, non excuſatur à cenſura. Bord. *in man conſult. [illegible] 49. n. 13.* quia lex abſolutè prohibet, [illegible] ctum reſpicit, non affectum, & intentio bona non poteſt cohoneſtare actum abſolutè prohibitum. poteſt autem hic à ſuſpicione hæreſis ſe defendere, ſi id probet, oſtendendo confutationes ante inventionem librorum factas. Bord. *cit. n. 74.* quia non poteſt præſumi ſuſpectus de hæreſi, qui ex proſeſſo hæreſim impugnat: nec tunc adeſſe periculum infectionis conſtat contrario affectu, cum ex confutatione hæreſis extirpetur; quoniam nulla cauſa poteſt producere effectum ſibi contrarium; unde ſicut calor non poteſt cauſare frigus, ità nec confutatio hæreſis hæreſim: hinc ait Bord. *cit. n. 75.* [illegible] *eſt ſingularis caſus*, ex quo ab excommunicatione non infertur ad ſuſpicionem hæreſis, quia conſtat de ejus deſtructione.

430 Item non excuſatur à cenſura retinens, etiam ſi cognoſcat, nullum eſſe ſubverſionis periculum; 1. quia hæc prohibitio non ſolùm eſt facta ob periculum, verùm etiam in odium hæreticorum. Diana *par. [illegible] tr. 6. reſ. 49.* adeóque etiam ſi ceſſet periculum, non ceſſat finis adæquatus legis; de hoc puncto latè agit Tamb. *lib. 2. Dec. c. 1. [illegible]*

431 Non excuſantur à cenſura Cœnæ [illegible] portantes de uno in alium locum, vel [illegible] dentes ſcienter libros hæreticorum. Leander *de cenſ. tr. 3. diſp. 1. q. 88.* quia nedum [illegible] retentores, ſed etiam fautores hæreticorum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

excuſantur ſolùm, ſi illos aſportent incluſos in capſulis, neſciendo ibi contineri libros hæreticorum.

432 Nec excuſantur retinentes in bibliothecis ad ornatum ſine animo legendi. Leand. cit. q. 64. ob rationem *n.* 414. inſinuatam.

433 Pro libris prohibitis, qui in bibliotecis Regularium fortè retinentur, Bord. noviſſimè *in man. conſult. de anno* 1693. *ſect.* 49. *n.* 15. cum Del Bene, vult cenſuram tantùm incurrere Superiorem Monaſterii, ſi libros Inquiſitori non conſignet, minimè bibliotecarium; quia cum libri ſint incorporati Monaſterio, bibliotecarius ſolùm dicitur eorum habere curam; aliud autem eſt cura, aliud retentio. Ita ille, qui cenſuram etiam bibliotecarium incurrere priùs dixerat in *Trib. fidei de anno* 1665. *c.* 14. *n.* 73.

434 Non excuſatur Religioſus, qui librum è biblioteca extractum in ſua camera retinet, etiam ſi de licentia ſuperioris retineat; quia verè retinet. Bord. in Trib. *fidei cit.*

435 Inventus in domo cum libris prohibitis ſibi ex hæreditate relictis, ſuſpectus non erit, ſi ſit vir bonæ famæ, nec aliàs ſuper his, aut ſimilibus inquiſitus, ſed præſumitur ignorans. Bord. *in man. conſult. ſect.* 49. *nu.* 73. Alberghinus *cap.* 32. *n.* 24. Carena *tit.* 10. *par.* 4. *n.* 27.

436 Dans librum prohibitum habenti facultatem legendi, nec dicitur retinens, nec incurrit cenſuram, niſi priùs legerit, aut retinuerit. Bord. *cit. n.* 31. contra Bonac. *de cenſur. n.* 18. quia recipiens, & tradens ſunt correlativi, correlativorum autem par eſt judicium; unde ſi unus licitè recipit, alter licitè tradit.

437 Nec obſtat, quòd dominus amiſerit jus, & dominium libri, quia non dat, ut ſuum, nec donat, ſed conſignat habenti facultatem legendi, qui poſtea tenetur illum ſuperiori conſignare ad comburendum.

438 Libri igitur, ſtatim ac ſunt prohibiti, deſinunt eſſe juris, & dominii habentis, ſed fiunt juris, & dominii Tribunalis S. Officii, in ordine tamen ſolùm ad comburendos; & hoc pacto prohibito eſt quædam confiſcationis ſpecies. Bord. *cit. ſect.* 48. *nu.* 42. Hinc habens librum prohibitum, illum alienare non poteſt alteri dando, vendendo, &c. quia eſt fiſci S. Officii, ut comburat. Bord. *ſect.* 48. *n.* 44.

439 Servus retinens pro domino habente licentiam, aut quis emens, vel ligans librum ad inſtantiam ejus, qui pariter licentiam habet, excuſatur; quia licitè retinet, nam cui conceditur aliquid, conceditur facultas adhibendi media ad ejus conſecutionem; media namque ſequuntur naturam ſui finis, & ab eo regulantur, *l. Oratorio* 16. *ff. de ſponſal.* ità Bord. *cit. ſect.* 49. *n.* 18.

Hoc autem dico vero de ſervo, ſi retineat præſtando actualem famulatum domino, ut librum habeat, v. gr. librum tanquam bajulus deferendo domino; minimè ſi librum in propria domo, aut in proprio cubiculo à domini cubiculo diſtincto retineat; quia licentia retinendi conceſſa domino non communicatur ſervis, niſi in quantum ſunt media, ut dominus habeat: hinc ſi ſuperior Monaſterii licentiam habeat retinendi libros prohibitos, non proindè poteſt ſubditus eoſdem in propria camera retinere.

440 Qui ſtatim, ac cognovit, librum eſſe prohibitum, illum donavit amico, qui haud ampliùs eum apud ſe habet, non incurrit cenſuram; quia verè non retinet. Bord. *cit. n.* 20. Peccat autem mortaliter contra obedientiam ratione præcepti, quo illum conſignare debeat Inquiſitori.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## QUÆRES

441 *Liber quidam hæretici de medicina tractans, aliquas tamen continens hæreſes, fuit in duas partes diviſus, & quia Petrus retinet partem illam, ubi hæreſis non continetur, petit; An incurrat cenſuram Bullæ Cœnæ?*

NEgat Ugolinus 2. *par. de caſibus reſer. Papæ, ver. Ac retinentes num.* 3. Suerojus *in Bullæ Cœnæ cap.* 1. *nu.* 18. apud Dianam *par.* 10. *tr.* 12. *reſ.* 47. 1. quia ſi una, vel altera hæreſis, quæ continebatur in libro, inveniatur abraſa, aut ea folia detracta, ex ejus lectione, aut retentione non contrahitur cenſura; quia tunc liber non continet hæreſim, nec adeſt periculum eam repereundi: *v. n.* 358. & 359.

442 Secundò, quia ex communi cum Bonac. Sanchez, Duordo, & Alberghino *cit. ſup. ſub num.* 359. ſi opus hæretici pluribus conſtans tomis coeuntibus in unum volumen, quod unam, aut aliquas hæreſes continet, dividatur in plures tomos, tunc non incurrit cenſuram cœnæ, qui legit, aut retinet tomum illum, qui nullam continet hæreſim. Pariter ſi liber hæretici unam, aut aliquas hæreſes continens, dividatur in plures partes, tunc non incurrit cenſuram, qui legit, aut retinet partem illam, quæ nullam continet hæreſim.

Corroboratur paritas; nam in hac re, vel attenditur periculum hæreſis; & hoc æquè in utroque caſu evitatur: vel odium hæreticorum, eorúmque doctrinæ; & hoc in neutro caſu effugitur; igitur vel in utroque caſu cenſura incurritur, vel in neutro.

443 Nec officit, quòd pars illa ſit pars libri hæretici; quia ſi illa, etiam à libro diviſa, adhuc eſt pars libri, & inde ſufficiens ad cenſuram, etiam folium à libro diviſum erit pars libri, & inde ſufficiens ad cenſuram; & tamen ex *n.* 369. qui unum, vel alterum folium à libro ſeparatim legit, aut retinet, non incurrit cenſuram cœnæ; quia ob diviſionem, nec actu, nec potentia ſaltem proxima eſt liber.

444 Reſp. eum incurrere cenſuram Bullæ Cœnæ. Leander *de cenſur. tract.* 3. *diſp.* 9. 46. Bonac. Fagun. Trullench. & alii apud ipſum. Ratio eſt, quia ex *nu.* 358. etiam quòd liber hæretici continet unam hæreſim, eſt prohibitus totus, ac proinde prohibitio, & cenſura transfunditur in omnes partes, quatenus eſt liber prohibitus ratione totius; & quia pars libri diviſa à comparte eſt pars libri hæretici, qui continet hæreſim, ideo legens, aut retinens, cenſuram non effugit.

445 Ad 1. rationem in oppoſitum dico, eam eſſe veram, ſi hæreſis ſit abraſa authoritate publica.

446 Ad 2. paritas quidem eſt valida, & Diana cit. eam non ſolvat, nec opinionem reſpuat: ſed diſparitas eſt; quia, quando volumen conflatum ex pluribus tomis, dividitur in plures tomos, quilibet tomus ſic diviſus conſtituit per ſe unum librum, qui dicit ordinem per ſe, ſed per accidens ad alium tomum in ordine ad faciendum unum volumen, & librum; quoniam unus tomus ſolitariè perfectum conſtituit librum independenter ab alio tomo: non ſic eſt in caſu noſtro, ubi non fit diviſio unius libri in plures tomos, ſed unius tomi in plures partes; quia ſupponitur, quòd liber non conſtat pluribus tomis; & ideo qualibet pars libri diviſa eſt per ſe ordinata ad compartem, & totum librum damnatum, ac proinde non obſtante diviſione pars retinet prohibitionem, & cenſuram, quam eam legens, aut retinens incurrat.

447 Ad 3. diſparitas eſt ex *nn.* 369. quia



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[...]tum, vel alterum folium ſeparatum eſt ſcriptum, non liber, nec pars libri potentia proxima: in caſu verò noſtro pars diviſa, cum non ſupponatur folium, ſed volumen ſiltem unius quaterni, non eſt ſcriptum, ſed ipſe liber, partialis tamen, quatenùs eſt per ſe ordinata ad compartem, & totum.

Confirmatur. Folium, quia per diviſionem à libro evadit ſcriptum, dicitur in potentia remota liber: igitur pars libri, de qua eſt ſermo, quia per diviſionem non evadit ſcriptum, retinet actu eſſe libri in ſe, & in potentia proxima eſſe libri totalis continentis hæreſim.

## CAPUT XI.

*De imprimentibus libros hæreticorum.*

448 IMprimentium nomine veniunt: *Officinæ impreſſoriæ dominus, cujus authoritate libri typis mandantur; qui typos ordinant, & componunt: qui ſic compoſitos intingunt atramento: qui torcularia premunt: qui chartas madefaciunt, aut madefactas torculari ſupponunt: hi namque omnes imprimere dicuntur; & ideò omnes cenſura Bullæ Cœnæ innodantur*: ità Leander *de cenſ. tr. 3. diſp. 1. q. 82.*

Tranſcribentes libros hæreticorum, eamdem cenſuram incurrunt; quia nulla eſt in ſubſtantia diverſitas; imò ſunt fautores hæreticorum, cum eos ſic maximè adjuvent ad propagandos errores. Leander *cit. q. 87.*

449 Qui expenſas impreſſionis facit, non incurrit cenſuram; quia non dicitur imprimere, ſed remotè ad impreſſionem concurrere, peccat tamen mortaliter; incurrit autem cenſuram ut fautor, ſi id faciat, ut faveat hæreſi: Imò & omnes ſub nomine imprimentium *n.* 448. relati erunt etiam fautores, ſi ea miniſteria exhibeant, ut faveant hæreſi. Leander *cit. q. 84. & 86.*

450 Corrector exemplaris impreſſi hanc cenſuram non incurrit. Leander *cit. qu.* 83. Fagun. Suarez, & alii apud ipſum contra Filiuc. Palao, & Tamb. *lib. 2. Decal. cap.* 1. *§. 7. n. 46.* quia propriè non eſt impreſſor, ſed impreſſi inſpector; incurrit autem cenſuram Cœnæ ratione legentis librum hæretici, ſi corrigendo notabilem partem legat.

451 Tradens librum, ut imprimatur, non eſt impreſſor, ſed faciens imprimere, Fagun. *lib. 1. in Decal. cap.* 14. *nu.* 37. contra Leandrum *cit. q.* 85. & Tamb. *cit.* unde incurrit cenſuram Cœnæ, non ut impreſſor, ſed ut hæreticus, ſi eſt libri Auctor; vel ut fautor, ſi non eſt Auctor; cum ſic maximè faveat hæreſi, propagando.

452 Qui impreſſoribus vendunt characterem æneum, papirum, atramentum, & alia ad impreſſionem neceſſaria, non incurrunt cenſuram, niſi ea miniſtrent, ut faveant hæreſi; quia tunc erunt fautores, non impreſſores; nam non concurrunt proximè ad impreſſionem, Leander *cit. q.* 86.

## CAPUT XII.

*De defendentibus libros hæreticorum.*

453 DEfendentes libros hæreticorum, ſubduntur tantum Bullæ Cœnæ, non Bullæ Pii IV. aut Indici. Quia in his nulla fit mentio de defendentibus.

454 Ex Bordon. *in man. conſult. ſect. 49. num.* 85.

*Modi defendendi librum hæretici ſunt, ſi verbis, vel factis, aut ſcripturis exaltetur liber probando, quæ in eo ſcripta ſunt, eſſe vera. Qui librum abſcondit. Qui impedit, ne deferatur ad S. Officium aut ne comburatur. Qui laudat opus, qui perſuadet non eſſe dignum combuſtione, vel injuſtè fuiſſe prohibitum.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

455 Excuſatur, qui laudat ſtylum libri, vel ingenium Auctoris, vel bonam doctrinam, quæ in eo eſt, ſed non quatenùs in eo eſt. Item, ſi dicat: hic liber eſſet bonus, ſi non contineret hæreſim. Buſemb. *lib.* 3. *cap.* 2. *dub.* 3 *ar.* 5. *n.* 8. Leander *de cenſur. tr.* 3. *diſp.* 1. *q.* 94. & 95. quia hæc laudat ſecundùm ſe, non ut opera hæretica; & ſic non defendit librum hæretici.

Abſolutè laudans librum hæretici, ſanas continentem doctrinas ſimul, & pravas, incidit in cenſuram. Leander *cit. q.* 96. quia illum ſimpliciter laudare eſt defendere

## QUÆRES I.

456 *An laudans librum hæretici ex profeſſo de Religione tractantem, nullum tamen errorem continentem, incurrat cenſuram?*

Affirmat Salelles *reg.* 144. *nu.* 197. *quia hæc locutio: hic liber ſecluſâ hæreſi eſt optimus, non eſt dignus prohibitione, aut combuſtione; tametſi nullo præſente proferatur, magna eſt ejus laudatio, ergo aliqualis defenſio.*

457 Negant Leander *cit. q.* 96. & Bord. *cit. n.* 87. ſi laudatio ſit operis in ſe; quia laudatio libri de doctrina libri in ſe bona, non eſt mala, nec prohita; adeóque per ſe non continet defenſionem libri, ut eſt ab Auctore tali, nempe hæretico. Monet tamen Leander, ut laudatio non ſit tanta, ut videatur Auctor, & doctrina ejus ſimpliciter commendari.

458 Ad locutionem, quam adducit Salell. reſpondet Bord. *cit.* verba illa eſſe iniquam laudationem, ſi referantur ad Auctorem, minimè ſi ad opus in ſe ſpectatum, cum ſit bonum. Et in foro externo [ait] acceptandum eſſe ſenſum, quem ſic loquens declarat ſe intellexiſſe.

## QUÆRES II.

459 *Petrus nullum habens errorem in intellectu, ſed verè Catholicus, ingenii tamen gratia, nullo præſente edidit ſcripturam defenſionem libri hæretici, quam nulli oſtendit, ſed apud ſe cuſtodit. An incidat in cenſuram Cœnæ?*

Reſp. affirmativè. Leander *cit. q.* 90. Conſtat ex verbis Bullæ ſub *n.* 319. *Quomodolibet defendentes, ex quavis cauſa, publicè vel occultè, quovis ingenio, vel colore.*

## QUÆRES III.

460 *An cenſuram incurrat, qui ſolùm diſputationis gratia librum hæretici defendit?*

Reſp. affirmativè. Leander *cit. q.* 91. Sanchez, Trullench, & alii: conſtat ex verbis *n.* 459. relatis: *Quovis ingenio, vel colore.*

Hinc librum hæretici defendere dicitur, & cenſuram incurrit, qui diſputationis gratia doctrinam pravam talis libri rationibus confirmat, vel ad argumenta Catholicorum in libro relata ſolutiones dat, quas rationes & ſolutiones non impugnat.

## QUÆRES IV.

461 *Petrus ei propoſito quodam libro Calvini continente hæreſes, dixit: volo defendere hunc librum eſſe bonum, & nullam continere hæreſim. An cenſuram incurrerit?*

Affirmat abſolutè Caſtropal. *tom.* 1. *disp.* 2. *pun.* 10. §. 2. *n.* 14. dicens, eum eſſe defenſorem.

462 Reſp. non incurriſſe, ſi præciſè ſtetit in ſola voluntatis oſtenſione. Leander *cit. q.* 91. Bord. *cit. n.* 86. Sanchez, Figuera &c. quia Bulla exprimit factum, defendentes; velle autem facere, non eſt facere. Secus verò [ait ritè Leander] *ſi cum effectu defenſionem ſit aggreſſus, aut jam eſſet quaſi in procinctu paratus ad illam, provocans alios tamen volentes contrarium ſuſtinere; quia jam moraliter defenſio actualis reperitur.*

## CAPUT XIII.

*De Libris prohibitis comburendis, aut expurgandis.*

463 Libri perpetuò quavis cauſa prohibiti, ſunt Inquiſitoribus, aut Epiſcopi reſpectivè conſignandi, juxta dicta ſu[illegible]tis,ſub termino præfixo in ipſa Bulla Urb. n. 304. quia tempus illud fuit appoſitum ad [illegible]citandam conſignationem, non ad ter[illegible]nandam obligationem. Bord. *in man. con[ſul]t. ſect. 48. n. 38.*

[Di]xi, *ſub termino præfixo in ipſa Bulla* [Ur]b. niſi aliud brevius tempus fuerit in edi[cto] Inquiſitorum præſcriptum, quod debet [atte]ndi: hinc in edicto Inquiſitorum Regni [Sici]liæ pro conſignandis expurgatori libris [ex]purgandis ſolùm tempus quindecim die[ru]m præſcribitur.

464 Ubi nota, quòd ſi potens librum [hær]etici commodè intra duos dies conſigna[r]e, illum non conſignet, incurrit cenſuram [Bu]llæ Cœnæ, ut retentor: *v. n.* 365.

465 Inquiſitores, & Epiſcopi reſpectivè [li]bros perpetuò quavis cauſa prohibitos, [qu]antociùs comburere debent, ex Bulla Urb. [V]III. relata *n.* 348.

466 Dictio, *quantociùs* [ inquit Bord. [...] *n.* 50. ] idem valet ac *quam primùm, im[...] ſpatium trium menſium in magnis, [...] in parvis.* Barb. *dict.* 502. Salelles [...] n. 95. ait, *intelligendum, niſi dilatio [com]buſtionis expediat ad formandum proceſ[ſu]m, vel ad convincendum reum de abuſu il[lor]um; expeditâ ergo causâ comburantur libri,* [...]ille.

467 Libri prohibiti ad tempus, donec [exp]urgantur, deferendi ſunt Inquiſitori, aut [Ex]purgatori ad id. ab eo deputato intra ter[min]um præſcriptum, juxtà dicta *n.* 463. qua facta expurgatione, poſſunt abſque nova licentia retineri.

468 Expurgator debet eos corrigere juxtà exemplar correctorii à Magiſtro Sacri Palatii, aut à Tribunali Inquiſitionis confecto.

469 Non poteſt quis per ſe ipſum ſine mortali eos expurgare, niſi de licentia Inquiſitoris, aut Epiſcopi reſpectivè. Lupus *par. 4. lib. 25. art. 4. diff. 1. pag.* 465.

### QUÆRES I.

470 *An aliquam cenſuram incurrat, & ſit ſuſpectus de hæreſi, qui librum hæretici Inquiſitori non conſignat, ſed propria auctoritate comburit?*

Leander *cit. q.* 70. & 71. cum aliis tenet non incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ, ſed excommunicationem Julii III. & Pii IV. nam in Bulla Pii IV. *Cum meditatio*, apud Bord. *in man. conſult. ſect.* 48. *n.* 54. præcipitur conſignatio librorum prohibitorum, his verbis.

*Monemus, ac eis, & cuilibet eorum in virtute S. Obedientiæ, & ſub incurſu hæreſis, ac omnibus contra hæreticos de jure inflictis, & promulgatis, tam Eccleſiaſticis, quam temporalibus ſententiis, cenſuris, & pœnis.*

Quod præceptum confirmavit Pius IV. anno 1564. per aliam Bullam, quæ incipit: *Pro munere.*

471 Reſp. comburentem per ſe ipſum librum hæretici, peccare mortaliter; non eſſe autem ſuſpectum de hæreſi, & nullam cenſuram incurrere. Bord. *cit. n.* 53. & alii apud Leandrum *cit.*

Probatur, peccat mortaliter; quia contra præceptum obedientiæ.

Non eſt ſuſpectus de hæreſi; quia comburendo non amat, ſed odit hæreſim.

Non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Non incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ; quia Bulla Cœnæ relata *n.* 319. ſolùm exprimit legentes, retinentes, imprimentes, & defendentes libros hæreticorum, & nullam mentionem facit de comburentibus.

472 Non incurrit excommunicationem Julii III. & Pii IV. *num.* 305. relatam, de qua eſt difficultas, 1. quia Alex. VII. *n.* 332. relatus, omnes pœnas in materia librorum prohibitorum reduxit ad pœnas, & formam Bullæ Cœnæ, Indicis, & Pii IV. ſuper confirmatione dicti Indicis edita, quæ incipit: *Dominici gregis.* Ubi non infligitur cenſura non conſignantibus, ſed retinentibus, aut legentibus.

473 Secundò, quia ipſe Julius III. & Pius IV. relati [ut advertit ſatìs doctè Bord. *cit. n.* 54. & Pueronus apud Dian. *par.* 10. *tr.* 12. *reſ.* 48.] præfatis pœnis afficiunt non conſignantes, minimè ut non conſignantes, ſed ut retinentes, in quantum ſcilicet ſupponuntur retinere libros, quos non conſignant. Conſtat ex ipſis verbis ejuſdem Bullæ propè finem, his verbis.

*Volumus autem, quod ii, qui libros Lutheranos alios prædictos infra ſpatium, & terminum hujuſmodi dictis Inquiſitoribus conſignaverint, niſi ipſi aliàs, quàm ex retentione librorum hujuſmodi hæretici, ſeu de fide ſuſpecti fuerint, eo ipſo etiam abſque aliqua deſuper facienda abjuratione, à cenſuris, & pœnis propterea forſan incurſis in utroque foro abſoluti ſint, & eſſe cenſeantur, prout nos, &c.*

Pura igitur non conſignatio, non afficitur cenſura; bene verò retentio; idque etiam de libris prohibitis primæ claſſis, & à fortiori.

474 Eadem ratione, non conſignantes, ſed comburentes libros Catholicorum prohibitos, quia continent hæreſim, aut falſi dogmatis ſuſpicionem, incurrunt cenſuram Indicis de qua *n.* 331. minimè ut non conſignantes, ſed ut notabiliter retinentes.

Conſtat ex tenore ipſarum [illegible] num librorum ſecundæ claſſis, [illegible] thorum Catholicorum, & [illegible] prohibitionibus, quas facit Innoc. [illegible] *Cum ſicut accepimus*, die 16. Sept. 1680. *Cum ſicut nobis*, 26. Febr. 1687. Ubi [illegible] excommunicatione majori interdicit [illegible] nem, & retentionem quorundam [illegible] deinde abſque ulla expreſſione cenſuræ [illegible] cipit, ut qui eos habuerint: *Teneantur [illegible] dere, atque conſignare locorum Orden[illegible] vel Inquiſitoribus, qui exemplaria [illegible] ta illicò flammis aboleri curent.*

475 Non conſignantes verò, ſed [illegible] rentes libros hæreticorum [illegible] tinentes, nec de Religione tractantes [illegible] libros Catholicorum prohibitos [illegible] reſim, vel ejus, aut falſi dogmatis [illegible] nem, ſed ob aliam cauſam, etiam [illegible] tabiliter retinentes peccant mortaliter [illegible] nullam cenſuram incurrunt; quia [illegible] tentores nullâ cenſurâ afficiuntur, [illegible] cta *n.* 434.

QUÆRES II.

476 *An poſſit quis ſine peccato [illegible] tici per ſe comburere, ſi non valeat [illegible] gravi damno, aut periculo Inquiſitori [illegible] ſignare?*

RESp. affirmativè, ſi timor damni [illegible] culi ſit verus, & prudens. [illegible] *cenſ. tr.* 3. *diſp.* 1. *q.* 71. Pueronus [illegible] *Cœnæ cap.* 1. *n.* 108. Sanchez, [illegible] lench. & alii apud illum. Quia lex [illegible] non obligat cum tanto detrimento [illegible]

477 Sed difficultas eſt in aſſignando [illegible] jus mali timor poſſit ex hujuſmodi [illegible] non conſignatione contingere, [illegible] ait.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Dicendum exiſtimo excuſari eum, non ſolùm, qui bona fide à ſe ipſo combureret, ſed etiam metu pœnæ, aut quia ipſe librum compoſuerit, aut quia ſine facultate legerit, vel retinuerit, à ſe ipſo combureret. Nam aliàs, & finis legis habetur, quod ſcilicet liber ſupprimitur, & ad ſimplicem actum obedientiæ non videtur cum tanto diſcrimine iſte obligandus.*

478 Sed ritè id non probat Diana cit. his verbis.

*Sed ego non video, quare legens hæreticum librum abſque facultate poſſit illum comburere, & non potiùs Confeſſario præbere, ut illum deferat Inquiſitoribus: & ſic obſervabit Conſtitutiones Pontificum abſque periculo, & diſcrimine ſuo.*

479 Adde, hunc cenſeri ſponte comparentem. Hinc Julius III. *n.* 308. relatus, non conſignantes ibi expreſſos, ex retentione, quam ſupponit, non præcipit, ut puniantur, ſed illis indulget, ut facta conſignatione, abſque aliqua abjuratione à cenſuris & pœnis ex retentione incurſis, eo ipſo in utroque foro ſint abſoluti.

480 Meliùs Leander cit. aſſignat.

*Cum enim Domini Inquiſitores, quando liber hæreticus illis defertur, interrogent deferentem, unde illum habuerit, an illo uſus fuerit, &c. hinc eſt, quòd aliquando poſſit contingere, grave aliquod damnum deferenti evenire.*

481 Illud mihi verum, quòd non potens librum hæretici Inquiſitori deferre, vel quia ei opportunitas deeſt, vel quia aliqua rationabilis cauſa id non permittit, & inde ſit aſtrictus librum diu apud ſe retinere, uſquequò opportunitas ſuppetat; tunc poteſt illum propria authoritate comburere; quia ex una parte ad impoſſibile nemo tenetur: *v. num.* 190. & ex alia meliùs facit quis comburendo, quàm ſerpentem pulchrum viſu, ſed re peſtiferum, apud ſe, cum ſui, aut aliorum periculo retinendo: ſola curioſitas humanæ conditioni novitatis amicæ connaturalis ſufficientes dabit ſaltem ad legendum impulſus. Cujus autem fortitudinis ſe jactabit luteum figmentum, ut in occaſione labendi diù permaneat, ne frangatur, ſecurum. *v. num.* 365.

# PARS TERTIA
## De Denuntiationibus faciendis pro Confeſſariis ſolicitantibus.

*Unum omninò hìc monitum volo; Caſus nimirùm, qui in hac tertia parte exponuntur, figuratos, & fictos ferè eſſe, non veros; & ſolùm apponi, ut ſint Confeſſariis lumen, ac regula ad Sacramentum Pœnitentiæ ſtudioſè, ac vigilanter tractandum.*

### CAPUT I.
### *De Bullis, & Decretis circa onus denunciandi Confeſſarios ſolicitantes.*

482 Onus denunciandi Confeſſarios ſolicitantes ad ſanctum Tribunal Inquiſitionis, habetur ex Conſtit. Pauli IV. 16. Aprilis 1561. Pii IV. 6. Aprilis 1564. Clem. VIII. 3. Decembris 1592. Pauli V. 16. Septembris 1608. & Gregor. XV. 30. Auguſti 1621. quæ Bullæ differunt in hoc; quia

quia Pius, Clemens, & Paulus comprehendunt ſolùm caſum ſolicitationis mulierum in actu Confeſſionis, pro Regnis Hiſpaniæ, Portugalliæ, & Algarbiorum; Gregor. verò dilatat, comprehendendo caſus ſolicitationis cujuslibet perſonæ, etiam extra occaſionem confeſſionis in Confeſſionario, & pro toto Orbe terrarum, obligando inſuper Confeſſarios, ut pœnitentes de tali obligatione moneant, his verbis.

Gregorius Papa XV.

483 U*Niverſi Domini gregis curam, &c. ſtatuimus, decernimus, & declaramus, quod omnes, & ſinguli Sacerdotes, tam ſæculares, quàm &c. Regulares cujuſcumque dignitatis, &c. qui perſonas, quæcumque illæ ſint, ad inhoneſta, ſive inter ſe, ſive cum aliis quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis Confeſſionis, ſive ante, vel poſt immediatè, ſeu occaſione, vel prætextu confeſſionis hujuſmodi, etiam ipſa ſacramentali confeſſione non ſecuta, ſive extra occaſionem confeſſionis, in Confeſſionario, aut loco quocumque, ubi confeſſiones ſacramentales audiantur, ſeu ad confeſſionem audiendam electo, ſimulantes ibidem confeſſiones audire, ſolicitare, vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſive tractatus habuerint, in Officio S. Inquiſitionis ſeveriſſimè, ut infrà, puniantur &c. mandantes omnibus Confeſſariis, ut ſuos pœnitentes, quos noverint fuiſſe ab aliis ut ſupra ſolicitatos, moneant de obligatione denunciandi ſollicitantes, ſeu ut præfertur, tractantes, Inquiſitoribus, ſeu locorum Ordinariis prædictis. Quòd ſi hoc officium prætermiſerint, vel pœnitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confeſſarios ſolicitantes, ſeu tractantes ut ſupra, iidem locorum Ordinarii, & Inquiſitores illos pro modo culpæ punire non negligant &c. Datum Romæ, &c. die 30. Auguſti 1622.*

484 Bulla igitur Gregor. XV. eſt norma, & regula in hac materia, ità ut caſus, qui in ea comprehenduntur, ſint oneris denunciationis; ſecùs qui aliter. Ut autem diſtinctiùs, & clariùs procedam, ſingulas ejus particulas expendam, proprios ſingulis aptando caſus. Interim Confeſſarios, qui ſuo muneri in tam gravi negotio ſatisfacere cupiunt, aures erigant, & ſtudioſè animadvertant, horror.

## CAPUT II.

De prima Clauſula

*Omnes, & ſinguli Sacerdotes,*

QUÆRES I.

485 *An Sacerdos juriſdictione carens, fingens eam habere, comprehendatur ſub dicta clauſula, & ſit denunciandus.*

EUm non comprehendi, & non eſſe de denunciandum, tenet Bord. in S. *fidei cap. 23. n. 64.* & Leander *de ſacr. pœn. tract. 5. diſp. 23. qu. 39.* quia alias Pontifices, & ipſe Gregor. in ſua narrativa expreſsè loquuntur de Sacerdotibus deputatis ad confeſſiones; unde particulæ poſteriores: *Omnes, &c.* referuntur ad priores; quia *relatum eſt in referente*, Barb. axiom.

486 Reſp. tamen, omnino comprehendi, & eſſe denunciandum ex vi Bullæ Gregor. Dian. *par. 4. tr. 5. reſ.* 8. Caſtropal. qui ponderans particulas: *Omnes, & ſinguli*, comprehendit omnes Sacerdotes tam diſtributivè, quàm collectivè, ut nullus, qui ſit Sacerdos, excipiatur; ſimplex autem Sacerdos non approbatus, fingens eſſe approbatum, verè & propriè eſt Sacerdos; adeóque comprehenditur; nam eo ipſo, quòd fingit eſſe approbatum, habetur finis à lege Greg. expreſſus, ne pro medicina, venenum, pr

pane aſpidem porrigat, in Eccleſiæ perniciem. Et ità, ſi pœnitens accedat pro confeſſione ad ſimplicem Sacerdotem, quem putat eſſe confeſſarium, ille verò eam linquens in bona fide excipiat, & in confeſſione, aut immediatè poſt, vel ante, etiam confeſſione non ſecuta, aut abſolutione non data, ſollicitet, eſt denunciandus. Suam ſententiam revocat Bord. *in man. conſult. de anno* 1693. *ſeſſ.* 25. *num.* 5.

487 Ad rationem in oppoſitum. Greg. in principio Bullæ loquitur de Sacerdotibus deputatis, non ex propria mente, ſed referendo expreſsè diſpoſitiones ſuorum anteceſſorum, qui de deputatis loquuntur, illaſque confirmat; & poſt earum confirmationem, in odium tanti ſacrilegii, motu proprio dilatat onus denunciandi tam quoad caſus, quàm quoad perſonas tam ſolicitatas, quam ſolicitantes, quod ut vidimus *n.* 482. alii Pontifices non fecerunt; unde diſpoſitio Greg. refertur ad Sacerdotem deputatum, non reſtrictione verè deputati, ſed ſub univerſalitate veri Sacerdotis; & quia ſimplex Sacerdos fingens ſe deputatum ad confeſſionem, eſt verè Sacerdos; ideo comprehenditur ſub lege Gregor. tum quia *leges intelligendæ ſunt ſecundùm proprietatem verborum, l. non aliter, ff. de legat.* 3. *leg. fin. Cod. de his, qui ven.* Gloſſ. addit Clem. II. *de reſcript.* Barboſ. *axiom.* 122. & lex generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda, *l. de precio, ff. de publica in rem act. ex cap. ſolitæ de major.*

488 Nec officit, quòd à ſimplici Sacerdote non fieret Sacramentum, præſertim ſi non abſolveret; 1. quia accuſatio eſt ſacramentalis, quantum ſufficit ad obligationem ſigilli ſacramentalis; 2. quia Greg. non requirit confeſſionem, ut patet per illas particulas: *Confeſſione non ſecuta*: *v. n.* 536.

QUÆRES II.

489 *An mandans, fingens ſe Sacerdotem, & interpres, ſollicitent, ſicut denunciandi.*

MAndantem Confeſſario, ut pro ſe ſolicitet pœnitentem; eum, qui ſe fingit Sacerdotem, cum non ſit, & interpretem confeſſionis, ſi ſolicitent in actu confeſſionis, aut immediatè, vel poſt, eſſe ex vi harum Bullarum denunciandos, aſſerunt Freiras, Eſcobar, & Trimarcus; quia habetur finis legis, quòd porrigant pro pane aſpidem, in Eccleſiæ perniciem. Specialiter de mandante ſuadetur; quia qui per alium aliquid facit, eſt perindè, ac ſi per ipſum faciat. Et interpres participat de actu ſacramentali, quatenus ad ſigillum tenetur.

Reſp. non eſſe ex vi harum Bullarum denunciandos, cum Diana *par.* 10. *tr.* 14. *reſ.* 42. *p.* 1. *tract.* 4. *reſ.* 15. *par.* 4. *tr.* 5. *reſ.* 9. Leandro *de ſacr. pœnit. tract.* 5. *diſput.* 13. *à q.* 36. Caſtropal. *tom.* 1. *tr.* 4. *diſp.* 9. *punct.* 9. *num.* 5. & nonnullis apud ipſos. Probatur, nedum quia odia ſunt reſtringenda, ſed etiam ex proprietate verborum legis. Nam lex expreſsè loquitur de Sacerdote, qualis non eſt Sacerdos fictus. Item de Sacerdote gerente munus Confeſſarii, cujuſmodi non eſt mandans, aut interpres. Nec officit, quòd mandans, aut interpres ſit Sacerdos, aut Confeſſarius, quia materialiter ſe habet, cum poſſit eſſe laicus. Tum quia interpres ſe tenet ex parte pœnitentis, non Confeſſarii; nam eo pœnitens utitur, quando deficiente copia Confeſſariorum, Confeſſarius, qui ſuppetit, eſt ejus linguæ ignarus; & cum onus denunciandi ſit expreſsè impoſitum contra Confeſſarium ſollicitatem, non contra pœnitentem ſollicitatum, interpres ſollicitans non comprehenditur.

Ratio in contrarium non obſtat, quia li-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cèt militet idem finis, non militat eadem pœna, quoniam lex eos non expreſſit, cum potuiſſet; quod indicat eos comprehendere noluiſſe, juxta illud, *lex, ſi aliud voluiſſet, expreſſiſſet, l. un. ¶. ſin autem, C. de Caduc. toll. l. ſi ſervum, ff. de acquir. hæred. §. Prætor, v. non dixit, C. Audientiam* 21. *de decim*. Pelliz. *tr.* 6. *cap.* 2. *n.* 123. *& cap.* 6. *n.* 24. *item ex reg. juris in* 6. *reg.* 15. *in odioſis non valet argumentum de caſu expreſſo ad caſum non expreſſum, de perſona ad perſonam ex identitate, aut ſimilitudine rationis*; nam expreſſio rationis non extendit legem, quia lex odioſæ non minùs pendet à voluntate legiſlatoris, quam ab ejus ratione. Rodr. *tom.* 1. *q.* 11. *art.* 6. *¶.* 14. *& q.* 47. *art.* 1. *in fine.* Port. *ver. lex in addit. n.* 13. Bord, *tom.* 4. *p.* 3. *reſ.* 149. *n.* 59. & Com.

Ex his ſequitur, quòd laicus, aut Clericus, non Sacerdos fingens ſe Sacerdotem, & Confeſſarium, ſi ſolicitet, non ſit denunciandus; bene verò Sacerdos, ſi fingat ſe Confeſſarium; ſecùs, ſi non fingat ſe Confeſſarium. Tancr. *tom.* 4. *tr.* 1. *de pœnit. q.* 21.

490 Dico tamen, eos eſſe ex alio capite & ex aliis Bullis denunciandos. Leander cit. & Diana *p.* 9. *tr.* 9. *reſ.* 32. quia ſunt ſuſpecti in fide, quatenus abutuntur Sacramentis, non minùs, quàm qui abutuntur hoſtia conſecrata ad theſaurum inveniendum. Maximè ex Conſtit. Gregor. XIII. contra eos, qui ſe Sacerdotes ſimulantes confeſſiones excipiunt. Requiritur autem, ut abſolutionem etiam dederint; quia non cenſentur Sacramentum Pœnitentiæ adminiſtraſſe, ſi abſolutionem non dederint. Caſtrop. cit.

Q U Æ R E S III.

491 *Confeſſarius ſciens hoc mane tali hora Catharinam ad ipſum acceſſuram pro confeſſione, poſuit in Confeſſionario non Sacerdotem, fingentem ſe Confeſſarium, qui muliere[m] accedentem ſolicitavit, ut rem haberet cum ipſo Confeſſario; An ſit denunciandus?*

R Eſp. pœnitentem non teneri denunciare ſolicitantem, quia non erat Sacerdos; nec ipſum Confeſſarium, quia eſt mandans, juxta dicta *n.* 9. Tancr. *tom.* 4. *de pœnit.* 1. *quæſt.* 13.

Si verò, quando fuit actus ſolicitationis, ſive in actu confeſſionis, ſive proximè ad confeſſionem, ſive in Confeſſionario, Confeſſarius fuit præſens, tunc eſt denunciandus non minùs, quàm ſi dediſſet mulieri ſchedam ſolicitationis domi legendam, &c. quia tunc ipſe loqueretur inhoneſta cum muliere mediante alio tanquam inſtrumento ſibi conjuncto, plus quàm media ſchedula. Tancr. cit.

Q U Æ R E S IV.

492 *Confeſſarius caſu audiens confeſſionem cujuſdam mulieris, quam ipſa faciebat cum alio Confeſſario, & cognoſcens mulierem facilem ad peccata carnis, illam immediatè inſecutus poſt confeſſionem, & ab ea inhoneſta requiſivit. An denunciandus?*

R Eſp. non eſſe denunciandum. Tancr. q. 27. quia Bullæ loquuntur de Sacerdote audiente confeſſionem, ut Confeſſarius. Hic autem audivit furtum confeſſionem factam cum alio Confeſſario, & non ut Confeſſarius; materialiter enim ſe habebat, quia Confeſſarius, quoniam talis audiens poterat eſſe laicus.

Eadem ratione Diana *par.* 10. *tract.* [illegible] *reſ.* 42. §. *unde* ait, non eſſe denunciandum, qui tractibus, aut ſignis provocat mulierem dum alteri confitetur, quia licèt in [illegible] riam Sacramento, non infert ut Confeſſarius, ſed ut extraneus, qui poteſt eſſe [illegible]

## QUÆRES V.

493 *An Confeſſarius ſollicitans teneatur denunciare ſeipſum?*

RESp. non teneri. Leander *cit. q.* 42. Diana *par.* 1. *tract.* 4. *reſ.* 8. quia nemo tenetur prodere ſeipſum, ex *cap. Aliquando de pœnis diſt.* 1. *v. n.* 609. & quilibet à denunciando excuſatur, quando ex denunciatione probabiliter, & prudenter timet periculum, propriæ famæ, vitæ, honoris, &c. quia præcepta humana non obligant cum gravi nocumento. Leander *cit. q.* 44. Peyr. & alii apud ipſum.

## QUÆRES VI.

494 *An mulier ſolicitans ſit denuncianda*

RESp. negativè, quia lex Confeſſarium, non pœnitentem ſolicitantem exprimit. Hinc roboratur reſolutio *n.* 489. Imo mulier denunciando, ſi ipſa conſenſit, non tenetur ſuum manifeſtare conſenſum, quia materia denunciationis eſt ſolicitatio, ſeu actus inhoneſtus Confeſſarii, minimè mulieris, ſeu pœnitentis. Conſtat ex Bulla Greg. *n.* 483. Diana *par.* 1. *tr.* 4. *reſ.* 23. Bord. *in man. conſult. ſect.* 25. *n.* 168.

# CAPUT III.

### De ſecunda Clauſula

### *Perſonæ, quæcunque illæ ſint.*

495 SUb quibus terminis, ex proprietate verborum, veniunt fœminæ, & mares, puellæ, & pueri rationis inexpertes; ſolent enim [ ut advertit Bord. *cit. n.* 19. ] parentes ſuos filios quinque, aut ſex annorum præſentare Confeſſariis, ut illos ad hoc Sacramentum paulatim alliciant; unde ſi tunc Confeſſarius aliquem puerum, aut puellam ex iſtis ſolicitet, eſt omninò denunciandus.

# CAPUT IV.

### De tertia Clauſula

### *Ad inhoneſta.*

496 NOmine inhoneſti veniunt ſolùm actus venerei. Unde Confeſſarii ſolicitantes in confeſſione pœnitentes ad alia crimina, putà furti, homicidii, non ſunt denunciandi. Diana *par.* 1. *tr.* 4. *reſ.* 20. *par.* 4. *tr.* 5. *reſ.* 17. & ex praxi DD. Inquiſ. idque ex vi Bullæ Greg. Ex alio autem capite ſunt ſuſpecti de hæreſi, & cognoſcuntur ab Inquiſitoribus, ex abuſu ſcilicet ſacramenti. Bord. *in man. conſult. ſect.* 25. *n.* 121.

498 Solicitatio igitur, quæ onus denunciationis parit, eſt tentatio à Confeſſario adverſus pœnitentem facta ad inhoneſta. Ad inhoneſta tentare dicitur provocando, invitando, aut alliciendo verbis, aut ſignis de ſe ordinatis ad actus venereos. Signa ſunt oſcula, tactus impudici etiam ſui ipſius Confeſſarii, tactus manuum pœnitentis ſine cauſa, miſſio oſculi manibus, ſtudioſa compreſſio pedis, aut oculi, & ſimilia ſigna amatoria, quibus amantes uti ſolent ad invitandum, aut alliciendum aliquam perſonam ad ſui amorem.

499 Quod eſt verum, etiam ſi ſolicitatio fiat per ſigna venialiter inhoneſta, nempe leviter indicativa amoris laſcivi, quia licèt tales actus ſint ex ſe leves, ex circumſtantia tamen temporis miniſtrandi Sacramentum, cum quo ſunt conjuncti, ſunt graves, & mortales; ac proinde pariunt onus denunciationis. Leand. *cit. q.* 12. Diana *p.* 10. *tr.* 14. *reſ.* 44. contra Souſa, Caſtrop. & Tancredi *de pœnit. tr.* 1. *q.* 10. *tom.* 4. dicentes, non eſſe denunciandum Confeſſarium, ſi pœnitentem tactibus ex ſe honeſtis tangat ſolùm ex circumſtantiis venialibus, & pœnitens

cognoſcat Confeſſarium non habere animum ulteriùs progrediendi, nec ipſam habere periculum conſentiendi in grave peccatum; quia excommunicatio major in edicto fulminata non fertur, nec ligat, niſi pro culpa mortali. At hoc fundamentum ruit, quia hujuſmodi actus, aliàs leves, eſſe graves ex circumſtantia miniſterii, probatum eſt *in tomo* 1. *de voto*.

Ad onus denunciandi non requiritur, quòd ſequatur principalis effectus, per ſollicitationem intentus, aut quòd perſona ſolicitata conſentiat; ſed ſufficit, quòd ſit attentatus, ut conſtat ex verbis ſequentibus Bullæ: *Solicitare, vel provocare tentaverit*: *v. n.* 547.

## QUÆRES.

500 *Confeſſarius in confeſſione mulierem, quæ de tepido mariti amore querebatur, docuit artificia, pluresque modos inhoneſtos allectivos, & remedia quædam applicanda vaſi, pariter ad alliciendum maritum. An ſit reus ſollicitationis, & denunciandus?*

RESp. affirmativè; quia docuit meretricia cum alia perpetranda. Item quia locutus eſt provocativa ad motiones carnales in ſe ipſis.

## CAPUT V.

### De quarta Clauſula

*Sive inter ſe, ſive cum aliis quomodolibet perpetranda.*

501 POteſt Confeſſarius pœnitentem ſolicitare ad inhoneſta, ſive ſecum, ſive cum aliis habenda, gerendo munus infami lenonis. Uno autem, aut altero modo ſolicitet, eſt denunciandus. Etiam ſi pœnitentem ſolicitet, ut ipſa cum alia mediet pro fornicatione. Eſt Com.

## CAPUT VI.

### De quinta Clauſula

*In actu Sacramentalis Confeſſionis, ſive ante, vel poſt immediatè.*

502 QUid ſit ſollicitare in actu Sacramentalis confeſſionis, ... Quid verò ſit ante, vel poſt immediatè, difficultas, quæ declaratur per ſequentes caſus.

Ex vi Bullæ Greg. non eſt denunciandus Confeſſarius ſollicitans in aliis ſacramentis, nempe in adminiſtratione Baptiſmi, Matrimonii, &c. quia nulla de iis fit mentio. Diana 4. *par. tr.* 5. *reſ.* 16. Leander ... qui advertunt, eum eſſe denunciandum ſuperiori, ut corrigatur, ut abuſor Sacramenti, ob quod eſt ſuſpectus de hæreſi.

## QUÆRES I.

503 *Confeſſarius poſt auditam confeſſionem mulieris accedit ad ejus domum, ... aut in itinere illam ſollicitat. An ſit denunciandus?*

AFfirmat Lezana *in ſumma qq. regul.* ... 19. *n.* 34. Peyr. & Hurtadus *de matr.* qui præſertim ait, peccatum carnis à Confeſſario cum pœnitente commiſſum ... 24. horas poſt confeſſionem, eſſe caſum denunciationis.

Negativè reſpondeo cum Leandro ... 28. Diana, Caſtrop. & aliis. Ratio eſt, ... non ſollicitat in actu, aut in loco confeſſionis, nec ſimulat confeſſionem, ut conſtat, nec ex prætextu confeſſionis, quia præcedens confeſſio non fuit velata, ſed ... occaſione confeſſionis; quia occaſio confeſſionis dicit invitationem, atque etiam provocationem ante actum confeſſionis, ... 509. quæ non habentur in caſu. Et ...

interiùs ſit motus in actu confeſſionis, ex quo mulierem illam audivit, aut vidit; id tamen per nullum ſignum externum expreſſit, quod requirit, ut pœnæ humanæ ſubjiciatur. Nec denique quia immediatè poſt, in quo ſolùm eſt difficultas. Nam per cit. Doctores, & per ipſum Hurtadum *de juſtitia fol. 299.* illa ſolicitatio dicitur facta immediatè antè, vel poſt confeſſionem, quando inter confeſſionem, & ſollicitationem, nec pœnitens, nec Confeſſarius divertitur ad aliud loquendum, vel faciendum; unde ſi data abſolutione Confeſſarius, aut pœnitens ad extraneos actus ſe diverterit, v. gr. videndo Miſſam, &c. & ſic diverſus fœminam ſollicitet, non dicetur ſollicitare immediatè poſt confeſſionem; cum ergo hoc totum eveniat in caſu, non erit caſus denunciationis: *v. num.* 520.

504 Id confirmat Bord. *in Trib. fidei cap.* 13. *n.* 35. cum Carena, & aliis, dicens: ly *immediatè ante* incipere, quando pœnitens primò petit confeſſionem, vel ad eum jam expoſitum in Confeſſionali accedit; & deſinit quando narrare incipit; unde intra illud ſpatium ſollicitans, dicitur ſollicitare immediatè ante confeſſionem: ſi verò Confeſſarius videns mulierem in ſtalo genuflexam, ſollicitat, non dicitur ſollicitare immediatè ante, cum non ſollicitet intra illud ſpacium. Ly *immediatè poſt* incipit à data abſolutione, & deſinit, poſtquam pœnitens receſſit è conſpectu Confeſſarii, genuflectendo extra locum confeſſionis in alio loco, ut ſolet; & tunc Confeſſarius è ſuo loco receſſens, ſi accedat illuc, & ſolicitet, non dicetur ſollicitare immediatè poſt confeſſionis actum; & ità multò minùs, ſi in itinere, aut in domo: item Bord. *n.* 37. addit, Confeſſarium dici ſollicitare immediatè ante, quando ſollicitat pœnitentem ante ſe conſtitutum, & genuflexum; minimè, ſi ante, licèt petierit confeſſionem. Nec dici ſollicitare immediatè poſt, ſi eum ſollicitet, poſtquam immediatè receſſit à Confeſſarii pedibus: *v. n.* 568.

Cæterùm ſententia affirmativa valdè mihi arridet, ſi ſollicitatio contingat eodem die, & ex peccato carnis in confeſſione audito; quia videtur facta occaſione confeſſionis, qua cognovit pœnitentem proclivem ad venerem. Et cum ſit facta eodem, dicitur facta *incontinenti*; unde licèt non ſit immediata, eſt proxima confeſſioni: & ità tenet Bord. *in man. conſult.* 25. *n.* 38.

## QUÆRES II.

505 *Mulier ad confeſſionem acceſſit, Confeſſarius autem ante Crucis ſignum eam prævenit, & dilata in aliud tempus confeſſione illam ſollicitavit. An ſit denunciandus.*

RESp. affirmativè Diana, & Com. nam tunc dicitur ſollicitare immediatè ante, quia poſt acceſſum pœnitentis ad Confeſſarium expoſitum. Nec officit, quòd confeſſio non ſit ſecuta; quia in Bulla expreſsè habetur, quòd confeſſarius ſollicitans ſit denunciandus, etiam ipſa ſacramentali confeſſione non ſecuta, *n.* 521.

## QUÆRES III.

506 *Confeſſarius immediatè poſt confeſſionem dixit mulieri:* expecta me pauliſper in Eccleſia; *ipſe autem à loco Confeſſionis ſecedens, ad alind opus ſe divertit, tandem rediit, & eam inveniens ſolicitavit. An ſit denunciandus.*

REſp. eſſe denunciandum, ſi quando ad ad mulierem rediit, nullo habito cum illa tractatu antecedenti honeſto, eam ſolicitavit; quia hæc ſollicitatio habet initium à confeſſione immediatè poſt.

Si verò ante ſollicitationem habuit tractatum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tum de aliquo ſerio, & reali negotio, & poſt illum accidat ſolicitatio; tunc eſt neceſſaria diſtinctio: vel enim ſolicitatio incœpit à muliere, quatenus hæc primò Sacerdotem provocavit ad inhoneſta, vel incepit ab ipſo Confeſſario. Si primum, Confeſſarius correſpondens provocationi mulieris non eſt denunciandus; bene verò ſi ſecundum. Quia in primo caſu dignoſcitur, quòd verba illa: *Expecta pauliſper*; non fuerint ordinata ad ſolicitationem, ſed hæc per accidens, & independenter ab illis contigerit. In ſecundo autem dignoſcitur, quòd fuerint ordinata ad inhoneſta, & quòd tractatus antecedens fuerit artificioſè factus à Confeſſario ad palliandam ſolicitationem; quoniam exitus acta probat: nec juvat, quòd Confeſſarius reverâ, quando dixit: *expecta*, habuerit intentionem ſolùm tractandi negotium, non ſolicitandi, licèt poſtea per accidens ſolicitaverit; non juvat, inquam, ſi fuit primus ad ſolicitandum; quia Eccleſia judicat de extrinſeco, *n.* 507. & 559.

Quòd ſi præfatus Confeſſarius non acceſſit tunc ad Eccleſiam, ubi & quando dixit ſe expectandum, ſed ſequenti die eam provocavit ad inhoneſta; videtur, quòd non ſit denunciandus, quia provocatio eſt à confeſſione remota, & prava illa intentio potuit contingere nocte intermedia: *v. num.* 511. Tum quia, *incontinenti facta non dicuntur, die interpoſita, leg. Quod ait* 23. §. *Quod. ff. ad l. Jul. de adult.* Bord. *in man. conſult. ſect.* 25. *n.* 31.

QUÆRES IV. TRIA.

1. *Confeſſarius ſtatim poſt confeſſionem duxit ad cubiculum puerum, & ſolicitavit.*

2. *Confeſſarius ſtatim poſt confeſſionem dixit puero*; veni hodie ad meam domum, & tradam tibi chirographum tuæ confeſſionis: *Acceſſit puer, & Confeſſarius eum ſolicitavit.*

3. *Confeſſarius pœnitenti pœnitentiam* [illegible] *poſuit, ut ab ipſo Confeſſario domi nuda* [illegible] *plinæ flagellis afficeretur, & id accidit.* [illegible] *hujuſmodi Confeſſarii ſint denunciandi?*

507 RESp. affirmativè cum Diana [illegible] 4. *reſ.* 11. Leand. *cit. q.* 35. quia & ſimiles caſus ratione dependentiæ [illegible] dunt confeſſionem, & hujuſmodi ſolicitationes habent initium ex confeſſione, [illegible] gnum externum per ſe ordinatum ad inhoneſta, datum in primo, & ſecundo immediatè poſt confeſſionem, in tertio verò [illegible] tum in ipſo actu confeſſionis; nam pœnitentia eſt per ſe annexa actui confeſſionis. Quòd tale ſignum externum ſit per ſe ordinatum ad inhoneſta, patet ex exitu; quoniam exitus *acta probat*. Item in primo caſu ſolicitatio immediatè poſt confeſſionem, quia [illegible] at inter ipſam, & confeſſionem, [illegible] ductio ad effectum ſolicitationis. Eadem ratione Confeſſarius, qui dat mulieri immediatè poſt confeſſionem ſcedulam ſolicitationis domi legendam, eſt denunciandus; Leander *cit. q.* 35. contra Caſtropal. [illegible] ex ſimili ratione denunciandum [illegible] Confeſſarium, qui ſciens fœminam [illegible] accedere pro confeſſione, ità ut [illegible] confiteri, ipſe verò eam ſtatim [illegible] ſolicitet. Aut ſi mulieri confeſſionem [illegible] ti confeſſionem diſſuadeat, & ſolicitet [illegible] immediatè ante ſolicitat. Eadem ratione denunciandus eſt Confeſſarius, ſi in confeſſione ſuadet mulieri, ut ſibi domi [illegible] oſtendat, quæ infecta morbo [illegible] di enim ſunt actiones inhoneſtæ, [illegible] one per actum externum dependentes.

QUÆRES V.

508 *Confeſſarius audita confeſſione* [illegible] *dixit puero, ſed ipſemet poſteà* [illegible] *mum chirographum confeſſionis, &* [illegible] *neſtis egit. An denunciandus?*

RESp. non eſſe denunciandum, juxta dicta in *n.* 503. ſi nihil de hac delatione dixit puero in confeſſione. Bord. *n.* 57. quia tunc ſollicitatio non eſt immediata, & proximè pendens à confeſſione, ſed remotè. Eſſet autem denunciandus, ſi proximè ad confeſſionem dixiſſet puero: *Ego ducam in tuam domum chirographum confeſſionis*; etiam ſi ſuam mentem inhoneſtam non expreſſiſſet, ob rationem de *n.* 507. *v. n.* 568.

## CAPUT VII.

### De ſexta Clauſula

*Sub occaſione, vel prætextu confeſſionis hujuſmodi, etiam ipſa ſacramentali confeſſione non ſecuta.*

509 HÆ duæ particulæ, *occaſio*, & *prætextus confeſſionis*, ſunt diverſæ, quia occaſio eſt confeſſionis verè petitæ; prætextus verò eſt velamen, & color confeſſionis, quæ non eſt, aut falſa eſt. Dictio enim *ſub prætextu*; idem ſignificat, quod ſub velamine, vel colore alicujus rei, quæ non eſt, vel jam deſinit eſſe, ſeu falſa eſt, *l. ſub prætextu, C. de translat.* ſunt pro claritate. Unde occaſio confeſſionis dicit invitationem ad confeſſionem veram; prætextus verò dicit invitationem ad confeſſionem coloratam & fictam.

### QUÆRES I.

510 *Confeſſarius vocatus hodie à pœnitente ad audiendam ejus confeſſionem domi ſequenti die, acceſſit ſequenti die ad ejus domum, & eam confeſſione poſtpoſita ſollicitavit. An ſit denunciandus?*

RESp. affirmativè. Bord. *cit. nu.* 38. quia violavit hanc particulam: *Occaſione Confeſſionis*, quoniam occaſionem ſollicitandi accepit à confeſſione petita à perſona verè confiteri volente, data illius temporis opportunitate.

Ut autem hanc particulam à præcedenti particula, *immediatè ante*, diſtinguas, tres diſtinguo caſus.

Confeſſarius tripliciter poteſt pœnitentem ſollicitare, 1. Quando nulla facta priùs petitione, pœnitens confiteri volens genuflectit coram Confeſſario expoſito, qui ante Crucis ſignum illum prævenit, & ſollicitat, 2. Quando facta priùs petitione confeſſionis, Confeſſarius pœnitentem prævenit, antequam ille genu flectat, vel antequam ipſe confeſſionem excepturus ſedeat, & ſollicitet, ſive poſtea confeſſio ſequatur, aut non, 3. Quando facta priùs petitione confeſſionis, Confeſſarius ſedeat, & pœnitentem genuflexum, antequam narrare incipiat, ſollicitet. In 1. caſu Confeſſarius eſt ſolùm violator particulæ, *immediatè ante*, ut dixi in *n.* 503. & 504 & non alterius particulæ, *occaſione confeſſionis*; quia occaſio dicit invitationem, quæ in caſu non præceſſit actum confeſſionis. In 2. caſu eſt violator ſolius poſterioris particulæ, *occaſione confeſſionis*; quia præceſſit invitatio. In 3. autem caſu eſt violator utriuſque particulæ, & quia ſollicitat occaſione confeſſionis; nam præceſſit invitatio, & quia immediatè ante, ob dicta ſuperiùs.

Si autem nulla facta petitione confeſſionis, Confeſſarius ſollicitet mulierem in Eccleſia exiſtentem, non eſt denuntiandus; etiam ſi ſtatim poſt ſollicitationem mulier confeſſionem petat ab eodem, ſi ille poſt petitionem non ſollicitet; quia occaſio, & prætextus, uti cauſæ, debent præcedere effectum ſollicitationis. Bord, *in man conſult. ſect.* 25. *numer.* 32. *vide numer.* 507.

## QUÆRES II.

511 *Confeſſarius poſt auditam mulieris confeſſionem, & ibi ejus adulterium, accedit ad ejus domum, ibique, aut in itinere illam ſollicitavit, & cum mulier renuiſſet, Confeſſarius ſubjunxit*, Cum aliis es adulterata, bene potes me cum. *An ſit denunciandus?*

Videtur, quòd non; nam ſi eſſet denunciandus, maximè ex illa clauſula: *Ex occaſione confeſſionis*; ſed non ex ea; quia occaſio dicit invitationem, aut provocationem ante actum confeſſionis, quæ nulla præceſſit; igitur non eſt denunciandus, uti dictum eſt in 1. caſu *n.* 503.

Reſp. tamen eſſe denunciandum, nedum ut fractorem ſigilli, verùm etiam ut reum ſollicitationis ex occaſione confeſſionis; nam iſte occaſionem ſollicitandi deſumpſit ex confeſſione audita, quod ipſemet exprimit per ſignum externum, per allata verba ſubjuncta mulieri, quod ſignum externum non habetur in caſu, de *n.* 503. & ideo ibi eum excuſavimus; unde cum in hoc caſu ceſſet ratio excuſationis, ceſſare debet excuſatio, & ſolùm dico, non eſſe denunciandum ex vi ſollicitationis, ſi diſtantia phyſica eſſet tanta, v. gr. plurium dierum, ut ſollicitatio prudenter non cenſeretur moraliter cum confeſſione conjuncta: *v. n.* 506.

Ad rationem in oppoſitum, dico, id eſſe verum de occaſione confeſſionis faciendæ, minimè de occaſione confeſſionis, dum fit; quæ quidem parit onus denunciationis, non minùs, quàm illa, ſi exprimatur per ſignum externum.

## QUÆRES. III.

512 *Confeſſarius amore captus cujuſdam mulieris, non expectat, ut invitetur, ſed ipſe eam pro ſequenti die ad confeſſionem invitat, accedit ad Eccleſiam mulier, & Confeſſarius nil de confeſſione curans, imò ne det locum mulieri, ut verbum ullum de confeſſione loquatur, illam ante januam Eccleſiæ expectat, & ibi ſollicitat. An ſit denunciandus?*

Reſp. affirmativè. Bord. *cit. num.* quia eſt violator illius particulæ, prætextu confeſſionis; ſollicitat enim ex prætextu confeſſionis.

## QUÆRES. IV.

513 *Mulier facta conventione cum Sacerdote de peccato carnis, agnoſcens difficultatem executionis pro familiaribus domus, ægrotam ſe fingens, eum de ejuſdem præviò conſenſu vocavit ſub prætextu confeſſionis, & rem habuerunt. An talis Sacerdos ſit denunciandus?*

Affirmat Fagundez *lib.* 6. *in Decal. n.* 17. cum Sancio; quia ſumpſit inhoneſtam opportunitatem ex confeſſione.

Negant Diana 4 *p. tr.* 5. *reſ.* 57. Fern. & Leander *cit. q.* 24. quia in caſu prætextus confeſſionis non eſt per ſe, & proximè ordinatus ad ſollicitationem, ſeu ad inhoneſta, ſed remotè; proximè enim, & per ſe eſt ordinatus tanquam medium ad avertendos familiares domus à ſcandalo, & ſuſpicione mali: nec res habita, aut ſollicitatio, fuit ortum ex prætextu, ſed ex tractatu priori. Idem tenet Tancr. *tom.* 4. *tr.* 1. *de Pœnit. q.* 19. ſi mulier vocet in ſui domum confeſſarium ex compacto fingens velle confiteri, ut ſic decipiat Superiorem ad dandam licentiam exeundi, & tunc rem habeat, *n.* 515.

Omninò autem eſt denuntiandus inhoneſta tractans confeſſionem ſimulando, aſtantes illudendos, etiam ſi ſimulatio fiat ex condicto mulieris; quia ſola ſimulatio confeſſionis in ſollicitatione onus denunciandi parit, *n.* 541.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

### QUÆRES V.

514 *Mulier non ex compacto, ſed vere colore confeſſionis vocavit in ſui domum confeſſarium, qui cùm acceſſiſſet, à muliere provocatus, habuit rem cum illa. An denuntiandus?*

RESp. eſſe denuntiandum. Tancr. *cit. q.* 19. quia verè habuit inhoneſta cum muliere prætextu confeſſionis.

### QUÆRES VI.

515 *Confeſſarius Regularis ad faciliùs obtinendam a ſuo Superiore licentiam exeundi, finxit ſibi oportere exire è Monaſterio ad audiendam confeſſionem ſuæ pœnitentis infirmæ, quam tamen non vult audire, ſed inducere ad inhoneſta, idque in effectu accidit. An denunciandus?*

RESp. non eſſe denunciandum. Bord. *nu.* 58. quia ſi eſſet denunciandus, maximè ex prætextu, vel ex ſimulatione confeſſionis. Non ex prætextu; nam prætextus eſt color confeſſionis cum ipſa pœnitente, non cum tertia perſona, Nec ex ſimulatione; quia ſimulatio attenditur reſpectu loci, non reſpectu tertiæ perſonæ; fit enim per ipſum factum confeſſionis in actu ſecundo ſimulatum in loco; in caſu autem ſolùm fingitur Superiori futura confeſſio: *v. n.* 513.

### QUÆRES VII.

516 *Mulier vocavit in ſui domum confeſſarium, non confeſſionis, ſed ſolùm conſilii cauſa, quo dato Confeſſarius ab ea inhoneſta quæſivit; at quia illa reſpondit, ſe nolle aſſentiri ob verecundiam, quam habet in confitendo peccata carnis, confeſſarius ſubjunxit, ſe ejus confeſſionem excepturum, quando ei placuerit. An ſit denunciandus?*

RESp. non eſſe denunciandum. Lupus *de Inquiſ. p.* 1. *lib.* 5. *diſſ.* 7. & Bord. *cit. n.* 41.

Ratio eſt, quia in hoc caſu nulla adeſt conditio ad onus denuntiationis à Pontificibus requiſita. Oſtenditur diſcurrendo per ſingulas. Hæc, inquam, ſollicitatio ad inhoneſta non fuit in actu confeſſionis, ut conſtat. Non immediatè ante; quia mulier non acceſſit pro confeſſione. Non immediatè poſt, quia ejus confeſſionem non exceperat, & quando poſtea excepit, eam abſque ulla ſollicitatione dimiſit. Non in confeſſionario, aut ſimulando confeſſionem, ut patet. Non occaſione confeſſionis; quia ad ſollicitationem non præceſſit invitatio ad confeſſionem. Nec demum ex prætextu confeſſionis; quia nullum præceſſit velamen confeſſionis. Et cùm non ſit alia conditio, quæ onus denunciandi Confeſſarium ſollicitantem pariat, ſequitur, quòd talis Confeſſarius non ſit denuntiandus.

Non obſtat autem, quòd conſenſus mulieris ad turpia dependeat poſteà à confeſſione, qua non præmiſſa, eum Confeſſarius non obtineret. Quoniam licèt conſenſus mulieris à confeſſione dependeat, non ſic ſollicitatio; Bulla verò ſolùm loquitur, & diſponit de ſollicitatione Confeſſarii, minimè de conſenſu mulieris ſollicitatæ.

517 Ex his colliges, capita denuntiationis ex vi ſollicitationis ſingillatim ſufficientia ad onus denunciandi eſſe ſeptem, 1. Actus confeſſionis, 2. Immediatè antè, 3. Immediatè poſt, 4. Occaſio confeſſionis, 5. Prætextus confeſſionis, 6. Confeſſionarium, 7. Simulatio confeſſionis.

### QUÆRES VIII.

518 *Mulier acceſſit ad Confeſſarium dicens ſe velle ſequenti die confiteri, Confeſſarius autem non ſequenti die, quando hac pro confeſſione accedere debet, ſed tunc eam ſollicitat extra Confeſſionarium, nec Confeſſionem ſimulans, An ſit denuntiandus?*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

NOn eſſe denuntiandum; tenent Leander *cit. q.* 20. Caſtropol. *tom.* 1. *tr.* 4. *diſp.* 9. *punct.* 8. *n.* 4. Sancius, & Trullench. apud Leandrum; quia tunc ſollicitatio non eſt proxima confeſſioni faciendæ, ſed eſt proxima conventioni de illa agenda. Idem tenent Tancr. *tom.* 4. *tr.* 1. *de Pœnit. q.* 16. qui ſolùm dicit eſſe denunciandum, ſi mulier dicat ſe velle, non cras, ſed ſtatim confiteri, & Confeſſarius diſſuadeat, & inhoneſta tractet, &c. *v. n.* 507.

519 Ego tamen puto eſſe denunciandum ratione illius particulæ, *occaſione confeſſionis*: quia ex invitatione ad Confeſſionem ſequenti die faciendam ſumpſit Confeſſarius occaſionem & opportunitatem ſollicitandi. Unde licèt ſolicitatio non ſit proxima confeſſioni, eſt proxima petitioni confeſſionis. Item quamvis invitatio, & occaſio confeſſionis non ſit proxima confeſſioni phyſicè, & quoad tempus, eſt illi proxima moraliter, & quoad ordinem, ex intentione ipſius mulieris, quæ talem petitionem per ſe ordinavit ad confeſſionem ſequenti die faciendam; ex quo fit, quòd ejus petitio hodie facta, cenſetur moraliter cum confeſſione craſtina conjuncta, non minùs, quàm volitio efficax occidendi cras inimicum eſt moraliter cum craſtino homicidio conjuncta; ex quo fit, quòd quando in confeſſione exprimitur homicidium, non ſit talis volitio exprimenda; non alia ratione, niſi quia hæc volitio heſterna non eſt moraliter interrupta ab hodierno homicidio.

Ratio igitur ad oppoſitum, quòd ſollicitatio non ſit proxima confeſſioni faciendæ, ſolùm probat, quòd Confeſſarius non ſit denunciandus ex vi aliarum particularium: *Immediatè ante, vel poſt*: non probat autem, quòd non ſit denuntiandus ex vi hujus particulæ: *Occaſione confeſſionis.* Poſt hæc ſcripta inveni pro mea ſententia Bord. *in mor. Conſult. ſect.* 25. *n.* 33.

Hæc mea deciſio corroboratur ex ſimili caſu *n.* 510. ubi nulla eſt in re confeſſio, & ſollicitatio diſtat per diem ab invitatione ad confeſſionem, & tamen Confeſſarium ſollicitantem denuntiandum eſſe diximus.

QUÆRES IX.

520 *Mulier acceſſit ad Confeſſarium, ut ſtatim confiteretur, Confeſſarius autem diſſuaſit ex mala intentione, ut poſtea illam provocaret ad inhoneſta, at tunc nihil locutus, nec per aliquod ſignum pravam intentionem oſtendit; ſed recedente muliere, acceſſit ad ejus domum, & ibi, aut in itinere, aut in Eccleſia ſollicitavit. An ſit denunciandus?*

VIdetur, quòd ſit denunciandus, quia talis ſollicitatio eſt facta occaſione confeſſionis, & incepta immediatè poſt petitionem confeſſionis per ipſum actum diſſuaſionis, qui fuit inhoneſtus, utpotè factus animo poſtea provocandi ad inhoneſta; actus enim ſpecificatur à fine: & ſolum non videtur denuntiandus, quando ex circumſtantiis conſtaret, quòd diſſuaſio non fuerit facta ob talem finem; licèt poſtea per accidens ſequatur tractatus inhoneſtus, uti ſupra, in n. 5..

Reſp. negativè Tancr. *tom.* 4. *tr.* 1. *de Pœnit. diſp.* 7. *quæſt.* 16. *pag.* 126. ubi dicit hoc eſſe ſententiam communem. Ratio eſt, quia ſuppoſitâ ea mala intentione, Confeſſarius melius, ſeu minus malum facit diſſuadendo mulieri confeſſionem, & ab ea ſe excuſando, quàm eam excipiendo; nam ſic liberatur à ſacrilegio, quod incurreret miniſtrando in peccato mortali; ſed ſi confeſſionem excepiſſet, provocando poſteà in itinere, &c. non eſſet ſollicitator in confeſſione, nec occaſione confeſſionis, ac proinde non eſſet denunciandus, *ut diximus in n.* 503. ergo à fortiori in hoc caſu.

Pro-

Præterea diſſuaſio illa, ſi attentè conſideretur, non eſt inhoneſta, quia ejus finis non eſt provocatio futura, ſed vitatio ſacrilegii, & periculi ſollicitandi in confeſſione, ſtante intentione poſtea mulierem provocandi; qui finis eſt in ſe bonus, & ſolùm concomitanter ſe habet ad intentionem poſtea provocandi. Simili ratione dicimus *in tom. 1. de Voto*, eſſe honeſtum, & tenere votum, quando voves eleemoſynam, ſi non capiaris in furto, ſi obtineas prolem ex adulterio, quod intendis; quia tunc finis voti eſt ſalus, & proles, quæ ſunt in ſe bona; furtum verò, aut adulterium non eſt finis, aut effectus à voto intentus, ſed ſolùm concomitanter ſe habet.

Similiter ob eandem rationem, ſi Petrus tentatus à Virgine ad rem, nolens fornicationem, & volens vitare periculum, quòd inde immineret, fornicationem diſſuadeat, intendens illam ad ſola oſcula provocare; talis diſſuaſio inhoneſta non eſſet, licèt conjuncta cum intentione mala oſculorum; quia ſolùm concomitanter ad illam ſe haberet.

Tum quia talis diſſuaſio materialiter, & per accidens ſe habet ad provocatioem mulieris; nam Confeſſarius, etiam ſi ejus confeſſionem exciperet, poſſet poſtea in itinere, &c. eam provocare abſque eo, quòd eſſet denuntiandus: *v. n. 503. & 504.*

Cum igitur talis diſſuaſio confeſſionis non habeat pro ſuo fine provocationem ad inhoneſta poſtea faciendam, nec ſit effectus, aut medium intentionis illius, ſed ſolum concomitanter ſe habeat, non videtur inhoneſtatem contrahere, nec eſſe caſus denuntiationis.

Talis tamen eſſet, ſi diſſuaſioni confeſſionis ſtatim poſt petitionem factæ Confeſſarius immediatè ſubjungeret aliqua verba, aut ſigna cum futura provocatione connexa, & ad illam ordinata, v. gr. ſi diceret mulieri; *Non cures modo confeſſionem, quia prius habeo tecum loqui*; aut aliquod ſignum adderet pravam intentionem indicans, de quibus *n. 498. & à n. 554. ad 574.* tunc quidem eſſet caſus denuntiationis, quia provocatio futura eſſet incepta per illa verba, aut ſigna immediatè poſt confeſſionis petitionem, juxta *dict. n. 506. 507. 511. & 570.*

## QUÆRES X.

521 *Mulier acceſſit ad Confeſſarium fictè dicens ſe velle confiteri; Confeſſarius autem confeſſionem diſſuaſit, & ſtatim tractavit inhoneſta. An denunciandus?*

RESP. eſſe denuntiandum. Tancr. *cit. q. 19.* quia Confeſſarius neſciens fictionem mulieris, verè ex parte ſui tractavit inhoneſta occaſione confeſſionis.

# CAPUT VIII.

## De ſeptima Clauſula

*Sive extra occaſionem confeſſionis in Confeſſionario.*

## QUÆRES I.

522 *Confeſſarius extra confeſſionem, nec ſimulans confeſſionem, in Confeſſionario ſedens ſollicitavit mulierem pariter ante Confeſſionarium ſtantem, aut ſedentem. An ſit denuntiandus?*

NEgant eſſe denuntiandum, Leander *cit. q. 30.* & apud ipſum Freiras, Fagundez, Souſa, Caſtropal. Lazana, Sancius, Hurtado, Boſſius, Donatus *tom. 3. tr. 13. q. 53.* & alii, quorum ratio eſt ſolutio fundamenti oppoſiti. Nimirum quia Greg. XV. per ſuam Bullam univerſalem editam 30. Auguſti 1622. Decretum Pauli V. declaravit, mitigavit, aut reſtrixit ad terminos ſimulationis per illa



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

verba: *Sive extra occaſionem confeſſionis in Confeſſionario, aut in loco quocumque, ubi confeſſiones audiuntur, ſimulantes, ibidem confeſſiones audire.* Ubi Pontifex comprehendit caſum noſtrum, ſed illi addit ſimulationem; cùm igitur in caſu non ſit ſimulatio, eſto habeatur ſollicitatio in Confeſſionario, habetur ſacrilegium, ſed non caſus denuntiationis.

Reſp. tamen eſſe denuntiandum. Diana *p.* 1. *tr.* 4. *reſ.* 18. *p.* 4. *tr.* 5. *reſ.* 38. Bord. *in ſacro Trib. c.* 23. *n.* 6. Eſcobar. Trullench. apud Leandrum *cit.* Reſolutio expreſsè habetur in decreto Pauli V. ut ſequitur.

523 Feria 5. die 10. Julii 1614.

*IN Generali Congr. S. Rom. & Univ. Inquiſit. habita in Palatio Apoſt. coram SS. D N.D. Paulo Divina providentia Papa V. &c. facta relatione, quòd multi Confeſſarii tractant cum mulieribus in Confeſſionali, extra occaſionem confeſſionis, de rebus inhoneſtis; SS. decrevit, ut contra hujuſmodi Confeſſarios procedatur in Sanctorum Officio.*

Falſum autem eſt, quòd Greg. XV. prædictum Decretum reſtrixerit ad terminos ſimulationis, 1. Quia Pontifices in materia ſollicitationis ſemper dilatavere, non reſtrinxere onus denuntiationis, ut conſtat *ex num.* 482. & præſertim Greg. qui per allatas particulas: *Sive extra occaſionem confeſſionario*: expreſsè confirmat Decr. Pauli V. 2. Quia in his verbis: *Sive extra occaſionem confeſſionis in Confeſſionario, aut in loco quocumque, ubi confeſſiones audiantur, ſimulantes ibidem confeſſiones audire*: particula *aut*, cùm ſit disjunctiva, diſtinguit caſus: ex quo fit, quòd ſicut particulæ poſteriores non poſſunt conjungi cùm prioribus, neque ly *ſimulantes*, cùm ſit terminus reſtrictivus poſteriorum, poteſt conjungi cum prioribus. Unde per priores particulas habetur reſpectum ad injuriam loci, utpote ad Tribunal ordinarium, ſacramentalis judicii, non ad confeſſionem; nam expreſsè confeſſionem excludit per particulas: *extra occaſionem confeſſionis*: & ideo non requirit ſimulationem. Per poſteriores verò particulas habetur præcisè reſpectum, non ad locum, ſed ad confeſſionem, & ad ejus injuriam, & ideo requirit ſimulationem, ut terminum reſtrictivum particulæ: *Aut in loco quocumque.* Alioquin omnia peccata carnis à Confeſſario commiſſa, aut tentata eſſent denuntianda, quia in aliquo loco committuntur, aut tentantur. Et hic eſt germanus ſenſus bullæ Greg.

## CAPUT II.

524 *Mulier volebat quoddam ſuum familiare negotium Confeſſario extra Confeſſionarium communicare, ille autem pravum habens animum, ut liberius ageret, eam duxit ad Confeſſionarium, & ibi confeſſionem non ſimulans, eam ſollicitavit. An ſit denuntiandus?*

Reſpon. affirmativè. Conſtat ex priori caſu.

## QUÆRES III.

525 *Confeſſarius, dum audiebat confeſſionem unius mulieris, ea non advertente, fecit ſigna inhoneſta alteri ante conſpectum ejus exiſtenti. An denuntiandus?*

RESP. cum diſtinctione: ſi mulier, cui fuerunt facta ſigna, exiſtebat ante conſpectum Confeſſarii expectans confeſſionem, uti regulariter mulieres expectantes eum ſolent, quod faciliter ex circumſtantiis dignoſcitur; eſt denuntiandus, ut ſollicitans occaſione confeſſionis; quia illa expectatio eſt virtualis petitio confeſſionis.

Si verò non exiſtebat ibi expectans confeſſionem, ſed caſu, aut alio fine; tunc, ſi ſigna fecit in Confeſſionario, denuntiandus ut ſollicitator in Confeſſionario, *juxta dicta n. 522.*

Si autem non in Confeſſionario, ſed in alio loco, non eſt denuntiandus; quia reſpectu ad talem mulierem, nullo pacto poteſt habere locum ſimulatio, aut reſpectus confeſſionis, quæ ſunt alia capita denuntiationis. Et ſolùm tunc eſſet denuntiandus, ſi illa una mulier, cujus confeſſionem audiebat, ſigna alteri facta percepiſſet. Tunc quidem eſſet denuntiandus, ut violator quartæ Clauſulæ: *Sive inter ſe, ſive cum aliis quomodolibet perpetranda.*

## CAPUT IX.

### De octava Clauſula

*Aut in loco quocumque, ubi confeſſiones ſacramentales audiantur, ſeu ad confeſſionem audiendam electo, ſimulantes ibidem confeſſiones audire.*

526 Rectè Bord. *cit. n.* 43. advertit Bullam Greg. tria loca diſtinguere, ubi confeſſiones audiantur. Primus eſt Confeſſionale ordinarium, quòd confici ſolet ex ligno, habens laminam ferream cum foraminibus parvis, quodque in Eccleſia collocatur. Qui locus eſt expreſſus per priorem particulam: *In Confeſſionario.*

527 Secundus eſt locus quicumque ab illo diſtinctus, ubi confeſſiones audiuntur: tales ſunt in domibus Religioſis Cellulæ quædam in primo Clauſtro, aut in Sacriſtia: hic ſecundus locus exprimitur per particulas: *Aut in loco quocumque, ubi confeſſiones ſacramentales audiantur.* In aliquibus autem ex præmiſſis cellulis non ſunt nudæ ſedes, aut ſcamna, ſed adaptatam video tabulam cum lamina ferrea minutim perforata, ad unum latus cujus eſt ſedes pro Confeſſario, ad alterum genuflexorium pro pœnitente: tabulam ſic aptatam dico ſpectare ad locum primi generis, ac proinde comprehendi ſub particulis prioribus de *n.* 522. quia habet formam Tribunalis ordinarii ſacramentalis judicii, & pro tali effectu ſpecialiter, ac præcisè constructum; unde Confeſſarius, qui ibi extra occaſionem confeſſionis, nec confeſſionem ſimulans, adoleſcentem ſollicitaret, denuntiandus eſſet juxta ibidem dicta.

528 Tertius locus eſt ille, quem Confeſſarius ex ſui placito pro eo tempore, quo confeſſionem excipit, eligit. Hic poteſt eſſe in ſcamno in Eccleſia, in foro, in domo, in agro, in monte, & ubique: genuflexoria in ſecriſtiis pro præparatione Sacerdotum ad Miſſam, & pro gratiarum actione deſtinari ſolita, ad locum ſecundi, aut tertii generis ſpectare non dubito, quando in eis confeſſiones audiuntur. Hic tertius locus exprimitur his particulis: *Seu ad confeſſionem audiendam electo.* Per has ergo particulas non exprimitur locus primi generis, nempe Confeſſionarium ordinarium; quia leges non patiuntur clauſulam ſuperfluam, aut quæ cum alia confundatur. Gloſ. *in l. quod metu*, Bord. *cit. n.* 44.

529 Hic me cohibere non poſſum, ne acriter reprehendam Confeſſarios illos, quos meo juſto abominationis odio, tam præ excellens miniſterium etiam erga mulieres exercere inſpicio in ſcamnis Eccleſiæ, in Capellarum gradibus ſedentes, uti neglectæ mulierculæ, ac indiſcriminatim in aliis deſpectis locis. Erubeſcant, & vereantur, dignitatis, qua inſigniuntur, & muneris, quo funguntur ſint memores: ſunt ſacri animæ judices, judices temporales corporis intueantur. Invigilent Superiores, & hujuſmodi contemptibiles

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

biles haud patiantur; ſed à confeſſionibus, quas imputentur excipiunt, ut ſuſpendant, moneo.

In locis ergo ſecundi, & tertii generis, ut in ſollicitatione habeatur onus, & caſus denuntiationis, requiritur confeſſio, *ut in cap.* 6. vel ſimulatio confeſſionis, non ſic in loco primi generis, *ut in cap.* 8.

## QUÆRES I.

530 *Confeſſarius quidam Monialium extra occaſionem confeſſionis, nec confeſſionem ſimulans, ſedens tamen ad cratem, ubi ſolent Monialium confeſſiones audiri, ſollicitavit Monialem, illicitos, ac inhoneſtos ſermones habendo. An ſit denuntiandus?*

531 SAncius *diſp.* 11. propè finem apud Bord. *cit. num.* 45. tenet, non eſſe denunciandum; quia ille eſt locus communis, & indifferens; qui tamen definitur pro eo die, quo deputatur pro confeſſionario, & eo die ſollicitationem ab eo factam eſſe caſum denunciationis.

532 Pro reſolutione tamen eſt neceſſaria diſtinctio. Crates enim Monialium ſunt duplicis modi: primi modi ſunt crates per ſe deſtinatæ ad loquendum, quæ dicuntur locutoria; & extare ſolent, nedum extra Eccleſiam in parlatorio communi, verùm etiam in ipſa Eccleſia. Secundi modi ſunt crates per ſe, & ſpecialiter deputatæ ad confeſſiones à cratibus in eadam Eccleſia ad loquendum deſtinatis diſtinctæ, quæque in nonnullis Monaſteriis ſolent eſſe confectæ laminibus perforatis minutim, uti confeſſionariorum laminæ.

533 Reſp. Præfatum confeſſarium Monialium, ſi inhoneſtos ſermones, aut tractatus habuit cum Moniali in crate primi modi, non eſſe denuntiandum, bene verò, ſi in crate ſecundi modi. Ratio primi eſt, quia crates primi modi eſt indifferens ad loquendum, vel ad confeſſionem audiendam; imò eſt per ſe ordinata ad loquendum, adeóque ſpectat ad locum tertii, aut ad ſummum ſecundi generis, ubi ad hoc, ut ſollicitatio onus denuntiationis pariat, requiritur confeſſio, aut ſimulatio confeſſionis, quæ non habetur in caſu.

534 Ratio ſecundi eſt, quia crates ſecundi modi non eſt indifferens, ſed per ſe, & ſpecialiter deputata ad confeſſiones, & ſolet eſſe conſtructa modo ſpeciali à cæteris diſtincto, hinc habet rationem veri Tribunalis ordinarii ſacramentalis judicii, & loci primi generis comprehenſi ſub prioribus particulis Bullæ Greg. *Sive extra occaſionem confeſſionis in confeſſionario.* Quod manifeſtè datur; quia Abbatiſſæ, & Superiores reprehendere ſolent Moniales, quæ in loco illo familiares diſcurſus diſtinctos ab eo, qui ad confeſſionem, aut ſpiritualem animæ directionem pertinent, cum exteris habere; cùm autem ſollicitatio in loco primi generis, ut onus denuntiationis pariat, non requirat confeſſionem, aut ſimulationem confeſſionis; ſequitur, quòd præfatus confeſſarius ſollicitando, ſeu inhoneſtos ſermones, aut tractatus habendo in crate ſecundi modi, ſit denuntiandus.

535 Si verò detur caſus, quòd in aliqua Monialium Eccleſia non ſit, niſi una crates communis, tam ad confeſſiones, quàm ad loquendum, tunc poſſet habere locum dictum Patris Sancii, quatenus eſſet locus indifferens ad utrumlibet.

536 Hic locuti ſumus de confeſſario Monialium, unde non eſt ſermo de Sacerdote approbato pro ſæcularibus, non approbato tamen pro Monialibus, quia hic non eſt confeſſarius pro Monialibus, unde ſicut Sacerdos non approbatus pro ſæcularibus non ...

prehenditur in Bulla Greg. niſi fingat ſe confeſſarium; ità neque Sacerdos approbatus pro ſæcularibus, non approbatus pro Monialibus, comprehenditur in Bulla Greg. niſi fingat ſe confeſſarium Monialium, *n.* 485. Tancredi *tom.* 4. *tr.* 1. *de Pœnit. q.* 18. *v. n.* 489.

## QUÆRES II.

537 *Confeſſarius in ſcamno ſedens excepit plurium confeſſiones, immediatè tamen acceſſit mulier, non ut confiteretur, ſed ut loqueretur cum confeſſario: genuflexa igitur eſt eum allocuta: Confeſſarius autem non ſimulans ex parte ſui confeſſionem audire, eam ſollicitavit. An ſit denuntiandus?*

Videtur, quòd ſit denunciandus, quia ex Bulla Greg. ſive in confeſſionario, ſive in loco quocumque extra confeſſionem ſimuletur confeſſio, habetur caſus denuntiationis: ità eſt præſens caſu, quia ſtatus fœminæ genuflexæ in loco, ubi immediatè ſunt confeſſiones exceptæ à Confeſſario, eſt ſimulatio Confeſſionis.

538 Reſp. tamen non eſſe denuntiandum. Sequitur à fortiori ex Leandro *tr.* 5. *de Pœnit. diſp.* 3. *q.* 31. cum alis, qui proponens ſimilem caſum in confeſſionario, ait, non eſſe caſum denuntiationis.

Et quamvis *n.* 522. affirmaverim eſſe caſum denuntiationis, contingat in confeſſionario, nedum genuflexa, ſed etiam ſtante muliere; id nego, ſi eveniat extra confeſſionarium etiam genuflexa muliere, *v. n.* 540.

Ratio eſt, quia non habetur ſimulata confeſſio; nam illa genuflexio fœminæ ante confeſſarium poſt aliorum confeſſionis immediatè exceptas, eſt ſignum indifferens, ac proinde non eſt ſufficiens, ut adſtantes intelligant confeſſionem ibi fieri, quoniam ſolent mulieres cum Confeſſario, nedum ante ſcamnum, ſed etiam ante confeſſionarium, & ibi genuflexæ, loqui, ac negotia pertractare; igitur cùm Confeſſario ex parte ſua non ſimulet confeſſionem, ut ſi manum ad faciem teneret, ut in auſcultando confeſſiones fieri ſolet, &c. ſed potiùs per ſigna faciei, & manus oppoſitum oſtenderet, genuflexio illa ex parte mulieris eſt ſignum indifferens, & inſufficiens confeſſionis.

539 Imò gratis dato, & non conceſſo, quòd allata genuflexio ex parte mulieris ſit ſimulatio confeſſionis, adhuc non habetur caſus denuntiationis; quia hoc onus non ſe extendit ad plùs, quàm ad verba Bullæ, & legis, quæ comprehendunt præſertim ſimulationem ſe tenentem ex parte Confeſſarii, per illa verba: *Sacerdotes ſimulantes confeſſiones audire.*

Confirmatur: poteſt dari caſus, quòd Confeſſarius ſollicitans mulierem genuflexam non ſit denunciandus, & quòd ſollicitans mulierem non genuflexam ſit denuntiandus; igitur genuflexio mulieris eſt de ſe indifferens ad onus denuntiationis. Aſſumptum ſuadetur: nam ſi Confeſſarius extra confeſſionarium, & confeſſionem, ſtans, aut ridens ſollicitaret fœminam genuflexam, non eſſet denuntiandus: econtrà, ſi extrà confeſſionarium, & confeſſionem in alio loco, applicatus tamen ſicut ad audiendam confeſſionem, ſollicitaret fœminam coram ipſo ſedentem, eſſet denuntiandus: ubi ratio diſcriminis non eſt genuflexio, quia non habetur in ſecundo caſu, qui tamen eſt caſus denuntiationis; igitur eſt ſola ſimulatio ex parte Confeſſarii, quæ habetur in ſecundo, minimè in primo, ac proinde mulieris gennflexio eſt de ſe indifferens ad onus denuntiationis: *v. n.* 544.

540 Hanc tamen reſolutionem omninò regulatam volo cum advertentia *in nu.* 545. adducenda; nimirum, quòd ſi genuflexio muli-

mulieris non ſit pura genuflexio, & talis, qualis haberi communiter ſolet à mulieribus extra confeſſionem præciſè alloquentibus, ſed ſit circumſtantionata ſignis, ut adſtantes prudenter judicent confeſſionem audiri, & Confeſſarius talem genuflexionem permittat; tunc habetur caſus ſimulationis, ac proinde Confeſſarius ſollicitans eſt denuntiandus.

## QUÆRES III.

541 *Confeſſarius, & mulier, ut liberiùs inhoneſta tractarent, convenerunt ambo ſimulare Confeſſionem, & ſic egerunt. An Confeſſarius ſit denuntiandus à muliere?*

NEgat Caſtropal. *tr.* 4. *diſp.* 9. *p.* 8. etiam ſi id fuerit in confeſſionario, dicens nemini incumbere obligationem denuntiandi, non Sacerdoti, ut conſtat, neque pœnitenti, aliàs eſſet obligatus denuntiare ſeipſum.

Reſp. mulierem omninò teneri denuntiare Confeſſarium, etiam ſi id contigerit extra confeſſionarium. Ratio eſt, 1. Quia talis Confeſſarius eſt verè ſimulans confeſſionem audire, adeóque comprehenſus in Bulla Greg. 2. Quia ſi conventio ſimulationis impediret onus denunciandi, nunquam poſſet dari caſus, quòd præciſa clauſula ſimulationis pareret onus denuntiationis, adeóque eſſet ſuperflua; nam quando ſimulatur confeſſio, certum eſt, quòd id ſciat mulier, & conſequenter, quòd non intendat confeſſionem, 3. Quia ſimulatio eſt ex condicto utriuſque. Ut modò patebit, 4. Quia mulier non tenetur exprimere ſuum conſenſum, & ſuam conventionem, *n.* 578.

## QUÆRES IV.

542 *Quid importet ſimulatio confeſſionis, quæ onus denuntiationis parit?*

REſp. cum Bord. *de Inquiſ. c.* 23. *n.* 43. ſimulatio confeſſionis tunc habetur, quando tam Confeſſarius, quàm mulier ex condicto, ſine intentione confeſſionis, eam fingunt ſignis externis ſufficientibus, ut adſtantes intelligant, ibi hic, & nunc confeſſionem audiri. Unde ſimulare confeſſionem eſt ſollicitationem intentam confeſſione ſimulare.

543 Signa externa ſimulationis ex parte Confeſſarii ſunt ſedere in locò convenienti, benedicere mulierem, manum ante faciem tenere, uti in auſcultando confeſſionem ſolet, & demum manum ſupra caput extendere, fingendo illam abſolvere. Ex parte autem mulieris ſigna ſunt genuflexio, ſignum Crucis, percuſſio pectoris, manuum junctio, collocutio humilis cum Confeſſario, quæ exteriùs apparet accuſatio peccatorum. Ità Bord.

544 Dicitur *ſub condicto*: quia ſi unus ſolorum intendit confeſſionem, & alter non, & contingat ſollicitatio, erit caſus denuntiationis, non tamen titulo ſimulationis, ſed alterius tituli ex ſeptem ſuperiùs expoſitis à n. 517. relatis.

Bord. *in man. Conſult. ſelt.* 25. *n.* 51. confirmat, ſimulationem confeſſionis, ut confeſſio ut talis credatur, debere eſſe mutuam tam Confeſſarii, quàm pœnitentis, non ſolùm in intentione, ſed etiam quoad actum exteriorem ſeſſionis, & genuflectionis, quibus ſtantibus et circumſtantibus credatur eſſe confeſſio; non verò ejus perſonæ, quæ ſolùm alloquitur confeſſarium ſedentem in Tribunali: ità ille.

At Eſcobar apud ipſum tenet ſufficere ſimulationem ex parte Confeſſarii tantùm; quia Bulla afficit tantùm Sacerdotes ſimulantes ibid. *confeſſiones audire n.* 542.

545 Illud advertendum volo, quòd ſi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[...]iter ex parte ſua confeſſionem ſimulet per re[...]enſita ſigna externa ſufficientia, ut adſtantes [...]udicent confeſſionem audiri, & Confeſſarius ex parte ſua non det ſigna oppoſita, ſed ſigna ſimulationis mulieris permittat, habetur ſimulatio ex condicto ſufficiens ad onus denuntiationis, ſi ſollicitatio contingat, num. 580.

## CAPUT X.

### De nona Clauſula

*Sollicitare, vel provocare tentaverint.*

546 HÆc clauſula eſt ſatis explicata, *cap.* 4. *à n.* 498.

### QUÆRES I.

547 *Confeſſarius dixit pœnitenti verba quædam provocativa ad inhoneſta, pœnitens autem, vel quia diſtracta, & applicata ad peccatorum Confeſſionem, vel quia ſurdaſtra, talia verba non audivit, aut non advertit; quod Confeſſarius dignoſcens, ea verba non repetiit, ſed eſt proſecutus Confeſſionem; totum verò factum intellexit, & percepit una mulier, quæ in proximo latere reperiebatur. An ſit denunciandus?*

NEgat Bord. *cit. num.* 15. quia, ut pœnitens dicatur ſollicitata, debet habere cognitionem verborum, aut ſignorum ſollicitationis, vel provocationis ad inhoneſta; non enim perſona dicitur ſollicitata, quando ad ea non advertit, cùm actus ſollicitationis ſuam non habuerit influentiam in perſonam.

Reſp. eſſe denuntiandum, ut violatorem ſequentis clauſulæ, quatenùs inhoneſtos ſermones cum pœnitente habuit. Tractatus enim, & ſermones inhoneſti [ut fatetur ipſe Bord. *cit. n.* 52.] dupliciter contingere poſſunt, 1. Sine provocatione, 2. Cùm provocatione ad actum inhoneſtum, ſive inter ſe, ſive cum aliis perpetrandum, juxta *nu.* 501. & utroque modo eſt caſus denuntiationis: in præſenti caſu verba illa, licèt ex defectu influentiæ non habuerint rationem ſermonis inhoneſti cum provocatione, habuerunt tamen rationem ſermonis inhoneſti ſine provocatione, quod ſufficit, ut caſus comprehendatur ſub 10. clauſula, & inde ſit denuntiationis, *n.* 550. Tum quia de tali Confeſſario malè præſumitur cum aliis pœnitentibus, atque inde habetur finis legis.

### QUÆRES II.

548 *Confeſſarius dixit in confeſſione puellæ verba ſollicitationis, puella autem ſimplex, quæ vim verborum ignorabat, nil mali tunc cogitavit, ſed poſt multum temporis marito data cognovit, quòd Confeſſarius inhoneſta voluerit, unde petiit ab alio Confeſſario. An teneretur primum Confeſſarium denuntiare?*

CAſum proponit Bord. *in man. Conſult. ſect.* 25. *à n.*79. & ferè habet, ut ſequitur.

*Reſpondit unus, non teneri. Alius eam obligatam eſſe dixit ad denuntiandum. Tertius dixit: omnia delicta, tam publica, quàm privata ſpatio viginti annorum præſcribi*, de communi Farinac. *quæſt.* 10. *nu.* 1. *excepta hæreſi, quæ nunquam præſcribitur, ex eodem num.* 37. *ſi ergo à die confeſſionis conjunctæ cum verbis ſollicitatoriis, uſque ad cognitionem virtutis illorum, tranſierunt viginti anni, non tenetur denuntiare; quia ſola hæreſis non præſcribitur, utique illius ſuſpicio procedens à delicto, quod non eſt formaliter hæreſis.*

549 *Ego dico, puellam ad nihil teneri, quia cum ignoravit tunc ſignificationem, & vim illorum verborum, ſicut tunc non contraxit obligationem denuntiandi, quæ ſupponit notitiam illorum verborum; ità neque deinde contrahit in hoc caſu, cum poſt multum*

*temporis venerit in cognitionem ſenſus illorum verborum, & ſic ſollicitatis tunc cognita non poteſt dici facta immediatè ante, vel poſt confeſſionem.*

Hæc Bord. *v. num.* 611.

## CAPUT XI.

### De decima Clauſula

*Aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſive tractatus habuerint.*

550 SUb his verbis comprehenduntur etiam ſermones inhoneſti ſine provocatione; nam hæc clauſula eſt diſtincta à priori: *Sollicitare, vel provocare tentaverint*, & additur cum particula disjunctiva *aut*: quod non eſſet verum, imò clauſula hæc eſſet ſuperflua, ſi ſolùm comprehenderet ſermones inhoneſtos cum provocatione, *v. nu.* 528.

### QUÆRES I.

551 *Duo confeſſarii ità ſe habuerunt: unus proximè ad confeſſionem ante in ſomnum induxit fœminam, quam ſopitam cognovit: alter fœminam, quæ confeſſionem petiit, non ſui arte, ſed proprio morbo ſomno ſopitam cognovit. An ſint denuntiandi?*

552 SAncius, & Trullench, apud Leandrum *tr. 5. de pœnit. diſp. 3. qu.* 33. affirmant de primo, negant de ſecundo, quia ille eſt verè ſollicitator, & provocator, iſte verò eſt tantum fornicator, Bullæ autem ſunt editæ, non contra Confeſſarios fornicantes proximè ad confeſſionem, ſed contra ſollicitantes.

553 Reſp. utrumque eſſe denunciandum. Diana *p. 10. tr. 4. reſ.* 43. Leander *cit.* primum, quia verè ſollicitavit, non verbo, ſed opere fœminam in confeſſione, aut proximè ad confeſſionem, dum arte eam tunc ad ſomnum induxit ob inhoneſta. Secundum, quia licèt propriè non ſollicitavit, ſeu provocavit, habuit tamen cum ea tractatum inhoneſtum, non verbo, ſed opere, quod [illegible] quoque cùm ſit principalior effectus inhoneſtus, eodem rigore prohibetur per Bullam Greg. & licèt in neutro caſu mulier peccaverit, in utroque caſu Confeſſarius injuriam intulit Sacramento.

### QUÆRES II.

554 *An Confeſſarius pœnitentem de pulchritudine laudans ſit denuntiandus?*

NEgat Frejras apud Dianam *p. 4. tr.* [illegible] 18. quia mulierem de pulchritudine laudare non eſt ſermones inhoneſtos habere.

Affirmant Diana *cit.* Peyr. Bonac. quia talis laudatio eſt graviter peccaminoſa, [illegible] eſt impertinens ad confeſſionem, [illegible] di laudibus amantes ſolent mulieres [illegible], & incitare ad amorem, unde non ſunt verba honeſta.

555 Reſp. cum diſtinctione. Eſt denunciandus, ſi nullus apparet finis honeſtus illius laudis; quia tunc habet locum ratio ſecundæ ſententiæ. Non eſt denuntiandus, ſi finis honeſtus appareat: v. gr. ſi mulier conqueratur de adulterio mariti, & Confeſſarius dicat: *Tibi facit injuriam, quæ es juvenis pulchra nimis, rubicunda, &c.* tunc enim verba illa ſpecificantur à fine non turpi, & [illegible] ſollicitatione ad inhoneſta.

Quòd ſi præfata verba laudis proferantur à Confeſſario ſine occaſione, eſt denunciandus, quia tunc ſunt impertinentia, & [illegible] cta. Diana *p. 9. tract. 9. reſ.* 31. qui in hoc ſenſu negat in *p.* 4. Idem tenent [illegible] *to. 4. de pœnit. q.* 12. & Bord. *cit. cap.* [illegible] *n.* 59. qui monet proinde mulieres, [illegible] ſint ſollicitæ ad denuntiandum, quando [illegible]

ha poſſunt trahi in bonum ſenſum, ſed conſulant viros doctos, & timoratos, ne ſinè cauſa Confeſſarios infament; & in dubio ſe abſtineant: ità ille.

Et ego moneo Confeſſarios, ut à ſimilibus laudibus, licèt non ex turpi fine, omninò ſe abſtineant, ſintque prudentes, ac vigilantes in verbis, & nullo pacto in hujuſmodi anguſtias ſe ponant. Nam confeſſionale non eſt locus laudandi mulieres, ſed reprehendendi.

556 Illud certum eſt: Confeſſarium eſſe denunciandum, ſi dum audit confeſſionem ſervæ, laudet de pulchritudine dominam ſuam, rogando, ut id illi referat. Salelles *Rg. 152. num.* 118. quia talis laus excuſari non poteſt, cum tunc non alloquatur cum domina.

## QUÆRES III.

*Caſus duodecim.*

557 Primus Confeſſarius dixit pœnitenti: *Si eſſem ſæcularis, tecum nuberem.*

2 *Memor eſto mei, quia te ex corde diligo.*

3 *Expecta me hodie domi tuæ, quia habeo tecum loqui.*

4 *Hæc tua peccata cadere me fecerunt in pollutionem involuntariam.*

5 Mulieri confiteri volenti dixit: *Nolo te audire in confeſſione, quia amore tui captus ſum, ne tibi, & mihi aliquid mali contingat.*

6 Mulieri in confeſſione ſolicitanti reſpondit: *Eſt ne hic locus ſimilia loquendi:* ſeu *Filia, hic non eſt locus de hac materia loquendi.*

7 Vel reſpondit eidem: *Deeſt ne locus aut tempus hæc loquendi?*

8 Suam concubinam objurgavit ex zelotypia, quòd cum alio ſe immiſcuerit.

9 Dixit: Cur etiam mecum non eſt humana?

10 Dixit: *Veniam in domum, & promitte mihi facere, quod voluero.*

11 Mulieri confitenti deſiderium libidinoſum dixit: *De hoc agas mecum poſt Confeſſionem.*

12 Mulieri in confeſſione ſæpiùs graviter conquerenti de verbis turpibus ſibi à quodam juvene dictis, dixit: *Qui caput obtundis, certè, ſi alius carus tibi dixiſſet, non queſta eſſes.* An ſint denuntiandi?

In his, & ſimilibus caſibus, ut locum habeat difficultas, omnino ſupponendum eſt, hujuſmodi actiones factas eſſe in confeſſione, aut proximè ad confeſſionem immediatè ante, aut poſt, vel occaſione, aut prætextu confeſſionis, vel in confeſſionario, aut cum ſimulatione confeſſionis, juxta ſeptem capita denuntiationis *ex n.* 517. extra quæ ſi contingant, nullo pacto pariunt onus denuntiationis: hoc præmiſſo.

558 Ad primum, & ſecundum, negat Bord. *n.* 54. quia verba non important peccatum mortale, & ſolùm explicant pudicum affectum, qui reperitur inter conjuges.

Reſp. utrumque eſſe denunciandum. Diana *p. 9. tr. 9. reſ. 32.* quia præfata verba ſine aliqua occaſione in confeſſione dicta, ſunt impertinentia ad confeſſionem, & excitativa ad venerem, ac proinde inhoneſta, non minùs quàm verba laudis ſine aliqua occaſione dicta, *ex n.* 556.

559 Ad 3. Reſolutio pendet ex exitu tractatus in domo, nam ſi tractatus eſt inhoneſtus, juxta dicta *in nu.* 506. Confeſſarius eſt denuntiandus, quia ſollicitatio, licèt ſit facta in domo poſt confeſſionem, dicitur tamen moraliter facta in confeſſione, quatenus eſt moraliter conjuncta cum verbis habitis in confeſſione per ſe ordinatis ad tractatum in-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

honeſtum in domo; *nam animus ex facto etiam nullo, & ſola attentatione declaratur*, *l. legatum*, ¶. *fin. ff. de alim. legat. & factum alicujus ipſum judicat. l. cum probatio*, *ff. de probat.* Bord. *in man. Conſult. ſect.* 25. *v. n.* 563.

560 Ad 4. Reſp. eſſe denuntiandum. Bord. *n.* 54. quia ille eſt ſermo valdè mentem pœnitentis conturbans in ordine venereo, ac proinde inhoneſtus, & multò magis, ſi aperiat delectationem, aut pollutionem voluntariam intra confeſſionem habitam. Non eſt autem denuntiandus, ſi id aperiat mulieri extra confeſſionem, quia non habentur capita relata *nu.* 557. Leander *tr.* 5. *de pœnit. diſ.* 13. *q.* 14.

561 Ad 5. negat Bord. *n.* 55. quia per ea verba potiùs colligitur deteſtatio ſollicitationis ob malum, quòd ſequeretur.

Reſp. tamen eſſe denuntiandum. Trimarchus *diſp.* 3. *ſect.* 3. *n.* 33. *de ſollicit.* quia per illa verba fit oſtentio amoris venerei, & illa diſſuaſio eſt vera inductio, & provocatio ad inhoneſta callidè palliata timore mali.

562 Ad 6. Reſp. non eſſe denuntiandum, nec eſſe caſum ſollicitationis, quia per verba illa Confeſſarius præcisè diſſuadet mulierem à malo, & ei declarat reverentiam debitam loco.

563 Ad 7. Reſp. eſſe denuntiandum; quia verba illa clarè ſuggerunt locum, & tempus mulieri, quo tractatum inhoneſtum habeat; adeóque ſunt inhoneſta.

564 Ad 8. Reſp. cum diſtinctione: vel objurgatio eſt talis, ut judicio prudenti non faciat dignoſcere, quòd procedat ex zelotypia: talis eſt, ſi ſit modeſta & pura reprehenſio medicinalis peccati, qua regulariter Confeſſarii timorati, & prudentes uti ſolent: & tunc non eſt denuntiandus, quia reprehendere peccata carnis eſt virtuoſum; nec eſt novum, quòd Sacerdos inhoneſtus, & perditus, dum gerit rem peccatoris, ſit tamen honeſtus, & vigilans, dum ſubit munus Miniſtri Chriſti. Neque obſtat, ſi Confeſſarius verè moveatur ex zelotypia, quia cùm ſigna, & verba externa reprehenſionis honeſta [ut ſupponimus] non faciant illam dignoſcere, erit tantum zelotypia interna, & ſolùm in mente retenta, quæ non ſubjacet Bullæ, & generi denuntiationis.

Vel objurgatio eſt talis, ut judicio prudenti faciat dignoſcere, quòd procedat ex zelotypia: talis eſt, ſi excedat limites modeſtæ reprehenſionis peccati: talis inquam eſt, ſi mulier confeſſa eſt peccata carnis commiſſa, tam cum alio, quàm cum ipſo Confeſſario, & Confeſſarius eam objurgat ſolùm de commiſſis cum alio. Aut reprehenſio eſt excedens, ut addat minas, injurias, vel alia ſigna, & verba, quæ zelotypiam oſtendant: & tunc eſt denuntiandus, quia talis actio eſt provocativa ad laſciviam, aut ſaltem eſt ſignum oſtenſivum amoris laſcivi.

Nec aliud [ſi attentè conſiderentur] intendunt Leander *cit. q.* 16. dum affirmat, & Freiras, apud Dianam *p.* 4. *tr.* 5. *reſ.* 4. dum negat eſſe denuntiandum, & Tanc. *ſupra q.* 22. dum ait, non cenſeri loqui turpia, nec ſollicitare, niſi addat alia verba, v. g. *Si me non vis*, aut quid ſimile.

565 Ad 9. 10. & 11. Reſp. eſſe denuntiandum. Tancredi *to.* 4. *tr.* 1. *de Pœnit. q.* 17. quia ſunt verba oſtenſiva intentionis inhoneſtæ.

566 Ad 12. Reſp. Tancr. *cit. q.* 22. quòd Confeſſarius ſit imprudens revocando in memoriam alterius amorem, at non denuntiandus; quia illa verba nec ſunt turpia, nec excitativa ad peccandum cum alio, ſed ſolùm objurgativa nimiæ affectationis mulieris.

Qui-

## QUÆRES IV.

*Caſus quinque.*

*Primus. Confeſſarius dedit mulieri in confeſſione chartam ſollicitationis, poſtea tamen legendam.*

*2. Poſt auditam confeſſionem mulieris miſit in ejus domum litteras ſollicitationis, aut lenonem, qui illam induceret ad inhoneſta.*

*3. Dedit mulieri immediatè poſt confeſſionem donum inſolitum, v. gr. annulum, nullam explicando cauſam.*

*4. Conſuluit mulieri conjugatæ in confeſſione homicidium ſui viri.*

*5. De pœnitenti in confeſſione pecuniam, ut eam tribuat ſuæ meretrici. Vel ab ea petit domum, ut eò adducat ſuam concubinam. An denuntiandi?*

567 RESp. ad 1. eſſe denuntiandum ob dicta *in nu.* 507. ex Decr. Alexand. VII. *prop.* 6. die 24. Septemb. 1665. etiam ſi Confeſſarius dixiſſet, litteram illam ad eam mittere ſuum conſanguineum. Nam in traditione incipit ſollicitatio, & in lectione perficitur. Quòd ſi mulier Epiſtolam non legeret, ſed combureret, non eſſet denuntiandus, quia ignorat, quid contineatur, niſi Confeſſarius per verba, aut ſigna expreſſiſſet. Bord. *n.* 56.

568 Ad 2. Reſp. non eſſe denuntiandum. Diana *p.* 1. *tr.* 4. *reſ.* 14. *in fine.* ob rationes de *n.* 503. & 504. niſi de tali miſſione monuiſſet pœnitentem, juxta *dicta in n.* 508. Bord. *in man. conſult. ſect.* 25. *n.* 88.

569 Ad 3. Difficultas non procedit de dono ſpirituali, aut religioſo, ſed de inſolito, puta ſi donaret annulum mulieri, pugionem, aut quid ſimile puero.

Affirmat Trimarchus, apud Bord. *n.* 60. quia dona magis alliciunt, quàm verba. Item mulier [ut ſupponitur] nec eſt pauper, nec annulum perdidit: ergo poteſt de affectu venereo ſuſpicari, & ſic provocari ad libidinem.

Negat Bord. *cit. n.* 61. quia donum non ordinatur ex natura ſua ad venerea, adeóque non eſt ſignum ſufficiens, ut mulier ſuſpicetur amorem venereum. Tum quia mulier ſic ſuſpicans temere ſuſpicaretur, & peccaret, quoniam poſſet donantis intentionem in bonam partem ſumere, nempè in gratitudinem, ſi ipſa beneficium aliquod ei attulerit, vel ex liberali largitione ex affectu paterno ſpirituali. Eo præſertim, quia quilibet eſt præſumendus bonus, niſi certò conſtet, quòd ſit malus. Adeóque talis Confeſſarius non eſt denuntiandus, niſi inhoneſtam intentionem, dum donavit, ſignis, aut verbis expreſſiſſet; & tunc eſſet denuntiandus ob hujuſmodi ſigna. Diana *p.* 9. *tr.* 9. *reſ.* 34. adhæret Bordono, quando donum eſt minimi valoris, v. gr. ramuſculus, flos, &c. adhæret verò Timarcho, quando attentis circumſtantiis perſonarum, eſt magni voloris.

570 Difficultas eſt de Confeſſario, qui in actu, aut occaſione confeſſionis dedit donum inſolitum mulieri, v. gr. annullum, nil dicens; poſt aliquos autem dies acceſſit ad ejus domum, & cum ea inhoneſta tractavit.

Non eſſe denuntiandum, tenet Tancredi *tom.* 4. *tr.* 1. *de pœnit. qu.* 11. quia illa donatio nec eſt implicitè, nec explicitè ſollicitatio, aut tractatus inhoneſtus: & prava illa voluntas potuit contingere tempore intermedio.

Dico tamen eſſe denuntiandum, *juxta dicta n.* 506. 507. & 559. quoniam exitus probat donum fuiſſe datum animo alliciendi ad inhoneſta opportuno tēpore tractanda. Unde quando fuit datum, incepit ſollicitatio, nēpè in actu confeſſionis, quādo verò poſt dies fuit

externè

externè oſtenſus animus inhoneſtus, incepit in muliere onus denuntiandi.

Imò, licèt donum ſpirituale, aut temporale ſolitum datum mulieri immediatè poſt confeſſionem non ſit ex ſe ſollicitatio, ſed ſignum benevolentiæ, ac gratitudinis, & actus indifferens magis inclinans ad bonum, quam ad malum affectum; talis tamen erit, ſi paulò poſt ſequatur provocatio ad inhoneſta, & tunc pariet onus denuntiationis: Bord *in man. conſult. ſect.* 25. *n.* 19.

571 Ad 4. negat Bord. *n.* 60. quia homicidium, & conſilium ad illud, nec eſt formaliter, nec virtualiter ſollicitatio. Nec officit, quòd ſecuto homicidio Confeſſarius habeat rem cum muliere; quia talis actus turpis, licèt pendeat ex homicidio, quatenus vivente viro deerat opportunitas; non pendet immediatè à confeſſione, cum mediet homicidium.

Cæterùm puto, reſolutionem pendere debere ex exitu, *juxta dicta n.* 506. *&* 559. ſi enim ſecuto homicidio Confeſſarius mulierem requiſivit de inhoneſtis, eſt denuntiandus; quia factum dat intelligere, conſilium de homicidio in confeſſione datum fuiſſe ob inhoneſta expeditè tractanda, & ut ſe liberaret à difficultate viri; ac proinde actus inhoneſtus, licèt ſit phyſicè à confeſſione remotus, eſt tamen moraliter proximus illi, utpotè conjunctus moraliter cum conſilio homicidii in confeſſione dato. Tum quia homicidium in tali caſu eſt medium aſſumptum ad finem inhoneſtum; & quia medium ſumit etiam malitiam à fine, ſequitur, quòd conſilium de homicidio, nedum habeat malitiam propriam homicidi, verùm etiam inhoneſtatis; ac proinde cum fuerit in confeſſione, habitus eſt tractatus inhoneſtus in confeſſione.

572 Ad 5. non eſſe denuntiandum tenet Souſa apud Dianam *p.* 4. *tr.* 5. *reſ.* [illegible] & Bord. *n.* 62. quia hi duo actus, licèt inhoneſtatem aliquam videantur habere, non habent tamen illam ex per ſe primo [illegible]; nam traditio pecuniæ pro meretrice non eſt inductio ad peccandum inhoneſtè, ſed effectus uſus inhoneſti ipſius corporis [illegible] præſumitur enim tradi in mercedem actus pravi habiti, quam poteſt mulier juſtè accipere; unde traditio illa pecuniæ non eſt criminoſa, ſed ex juſtitia debita in mercedem proſtitutionis proprii corporis; ſæpè namque ſtat, quòd cauſa ſit mala, & effectus bonus; mala namque eſt fornicatio, & non eſt mala ſuſceptio prolis inde ſequuta; traditio ergo pecuniæ meretrici ob uſum traditum proprii corporis, cum non ſit [illegible], ſed debita, non eſt inhoneſta, nec [illegible] ad inhoneſta, bene verò ad actum jam exercendum.

Item petitio domus eſt actus indifferens. Nec officit, quòd ſit conditio, ſine qua peccatum carnis non fieret, quia hoc non ſufficit ad ſollicitationem, quæ debet procedere à confeſſione immediatè, non ab aliquo tertio medio.

Reſp. tamen, quòd licèt opinio Bordoni poſſit eſſe probabilis, quando pœnitens poteſt præſumere, quòd pecunia detur in puram mercedem actus habiti, quando ſcilicet illi non conſtat oppoſitum, & non conſtat, quòd Confeſſarius ſit cum aliis mulieribus habituatus; omnino tamen dico, eſſe denuntiandum, quando pecunia traditur danda mulieri, cum qua pœnitens ſcit Confeſſarium eſſe habituatum; quia tunc traditio pecuniæ non eſt pura merces actus inhoneſti præteriti, ſed ſimul eſt allectivum mulieris ad actus inhoneſtos futuros, quia [illegible] li eſca ſit promptior ad proſtituendum ſe

ſuam corpus; unde talis traditio pecuniæ fit formaliter inhoneſta inhoneſtate effectus, ac proinde ſubjacet oneri denuntiationis.

573 Eâdem ratione denuntiandus eſt Confeſſarius, qui à pœnitente petit domum, ut eò adducat ſuam concubinam; quia talis petitio domûs eſt formaliter inhoneſta ex effectu: ſicut qui accomodat domum pro meretricio, peccat peccato contrahente malitiam inhoneſtatis ipſius effectûs, quoniam eſt cauſa participans, cum det commoditatem ad inhoneſta.

574 Idem dico, ſi Confeſſarius petat domum, ut ſolus cùm ſola alloquatur cum muliere bonæ famæ; quia talis petitio judicio prudenti, & ex regulariter contingentibus eſt ſuſpecta de inhoneſtate tractanda, quoniam pro allocutione honeſta quantumvis ſecreta cum muliere non deficiunt loca honeſta non ſuſpecta, & aptiora in Eccleſia. Id autem dico, niſi adſit circumſtantia talis, quæ faciat prudenter dignoſcere finem honeſtum; in honeſtate namq; effectûs ſeclusa, inhoneſta minimè eſt hujuſmodi petitio domus.

## QUÆRES V.

*Quinque Caſus.*

575 *Primò. An quando verba, vel ſigna ſunt dubia, Confeſſarius ſit denuntiandus?*

*2 An mulier, ſi ſolicitationi conſentiat, teneatur denuntiare Confeſſarium?*

*3 An ſit denuntiandus Confeſſarius, ſi ſolicitatus à fœmina, ſolicitationi conſentiat?*

*4 An ſit denuntiandus Confeſſarius, ſi ipſe, & fœmina mutuò ſe ſolicitent, primò tamē fœmina, & poſtea Confeſſarius?*

*5 An ſit denunciandus, ſi ſolicitatus à fœmina ad copulam renuat, dicens ſe velle tantum tactibus oblectare?*

576 AD primum affirmat Dian. *p.4.tr.5. reſ.25.* Souſa, & Peyr. apud ipſum quia poſſunt Inquiſitores interrogare Confeſſarium circa factum, aut verbum dubium, ad explorandam ipſius mentem, adeóq; verba, & ſigna dubia ſubjacent oneri denuntiationis.

Negat Bord. *nn. 59. & 61.* cujus ratio eſt, quia Bulla Greg. punit certam, non præſumptam ſolicitationem *n. 596.*

577 Ad 2. negant Suarez, & Hurtado apud Leandrum *tr.5. de pœnit. diſp.13. qu.43.* Quia complex delicti in nulla materia denuntiare tenetur. Tum quia talis mulier honeſta denuntiando timet grave damnum in fama; nam Confeſſarius ad ſuum minuendum delictum, confiteretur coram Tribunali, ſe cùm ea actus inhoneſtos habuiſſe, ſed illa conſentiente. Hanc opinionem ſequitur Thomas Hurt. in caſu, quo non poſſit mulier denuntiare, quin ſuum manifeſtet conſenſum.

Reſp. omninò eſſe denuntiandum. Leander *cit.* Diana *p.4. tr.5. reſ.31.* & ità declaratum eſt per Congr. S.R.V. Inquiſitionis die 27. Sept. 1624. apud Donatum *to.3. tr.13. q.51.* quia ex una parte vera habetur ſolicitatio in confeſſione, ut ſupponitur; ex alia parte conſenſus mulieris ipſam non eximit à denuntiando, ut conſtat ſolvendo rationes in oppoſitum.

578 Et primò mulier conſentiens in caſu ſolicitationis, & in Tribunali Inquiſ. non eſt complex delicti; quia delictum ad ſacrum Tribunal ſpectans, non eſt actus inhoneſtus adæquatè ſumptus, ut includit Confeſſarii, & pœnitentis conſenſum; ſed ſolùm, ut includit Confeſſarii conſenſum, ſeu ut præciſè eſt à Confeſſario; unde mulier denuntians à Sacro Tribunali non accipitur, ut complex, ſed ut teſtis, nec tenetur ſuum manifeſtare conſenſum, imò nec de eo poteſt à Tribunali interrogari: quòd ſi ipſa ex ſimplicitate illum declaret, in actis non ponitur, *n.494*

Secundò, nullum eſt illi infamiæ periculum; quia ſacrum Tribunal non dat fidem



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Confeſſario, ſed credit id dicere ad judicium evadendum, aut pœnam minuendam. Ex alia parte ipſa mulier non tenetur ſuum manifeſtare conſenſum, nec de eo S. Tribunal curat, *n.* 494.

579 Ad 3. negant Peyr. Bonac, Port, Caſtropal. Tho. Hurt. Freiras, & alii apud Leandrum *cit. qu.* 20. Bord. *n.* 78. *& in man. conſult. ſect.* 25. *n.* 69. Homob. Lezana, Boſſius, Delbenè apud ipſum, & Donatus *tom.* 3. *tr.* 13. *q.* 52. quia Bull. Greg. ſolùm loquitur de pœnitentibus ſolicitatis: *Mandantes omnibus Confeſſariis, ut ſuos pœnitentes, quos noverint fuiſſe ab aliis, ut ſupra ſolicitatos, moneant de obligatione denunciandi ſolicitantes.* Unde cùm in caſu Confeſſarius non ſit ſolicitans, ſed ſolicitatus, non venit denuntiandus.

Reſp. eſſe denunciandum. Diana *p.* 4. *tr.* 5. *reſ.* 4. *&.* 42. Leander *cit.* & Fagundez; quia Confeſſarius ſolicitationi conſentiens, licèt non ſit ſolicitator, ſeu provocator, ſed ſolicitatus, verè tamen habet inhoneſtos ſermones, ſeu tractatus prætextu confeſſionis; unde comprehenditur in Bulla Greg. non quoad nonam, ſed quoad decimam clauſulam.

580 Major difficultas eſt, ſi Confeſſarius nil reſpondit, ſed tacuit.

Reſp. cum diſtinctione; & 1, Vel Confeſſarius ita tacuit, ut nullum dederit ſignum reprobativum, ſed ipſo immoto permiſit mulieri liberè inhoneſtum tractatum proſequi, & ſic eſt denunciandus, quia qui tacet, conſentire videtur; & maximè in circumſtantiis loci, & actûs ſacramentalis, quem exercebat, quæ nullo pacto permittunt, ut in ſimili caſu Confeſſarius perſeveret ibi quietus, & talem perverſā mulierem acriter non reprehendat. Tum quia tractatus inhoneſtus eſt inter plures, quorum unus ſufficit, quòd ſit actor, alter patiens, & acceptans, ut liquet de audiente detractorem, qui eſt peccati detractionis particeps audiendo, potens liberè impedire, aut abire. Unde cum talis ſit hujuſmodi Confeſſarius, verè dicitur tractatum inhoneſtum habere, *num.* 545.

2 Vel ſtatim muliere relicta aufugit, & hic eſt laudandus, quia in materia carnis victoria habetur per fugam. Nec talis mulier audit pro ſacramento, ſed pro ſacrilegio. Et quis major diſſenſus, quàm terga vertere mulieri allicienti? Quòd ſi poſtea accedat ad ejus domum, & rem habeat, eſt Reus peccati, ſed non in Bullam; quia nullum ſignum externum conſenſûs dedit in confeſſione, licet interiùs conſenſerit.

Vel 3. Confeſſarius tacuit, quatenus eſt timoratus ſimul, & puſillanimis, inopinata exſpectatā perverſitate mulieris, cum ſumma confuſione immotus; & hic nullo pacto Reus, ſed puſillanimis, nec eſt veriſimile, quod callida mulier ex ſignis faciei, & commotionis id non dignoſcat. In dubio *v. num.*

581 Ad 4. difficultas non eſt in caſu, quo Confeſſarius primò ſolicitet, quia tunc ſumus in ſecundo caſu. Nec quando Confeſſarius à pœnitente ſolicitatus ſolicitationi ſtatim conſentit; quia tunc ſumus in tertio caſu. Sed in caſu, quo ſolicitatio à muliere facta interrumpitur, & poſtea Confeſſarius mulierem nil de ſua ſolicitatione dicentem ſolicitat ex parte ſua; quæ interruptio tripliciter contingere poteſt, 1. Directè per actum contrarium diſſentiendo, 2. Indirectè mulierem in alia divertendo, 3. Eam ad aliam ſpeciem luxuriæ provocando, putà ſi mulier ſolicitat ad copulam naturalem, & Confeſſarius ad innaturalem, hoc præmiſſo cum Bordono.

Reſp. eſſe denunciandum. Leander cit. & Bord. *cit. n.* 75. 76. *&* 77. contra Peyr. Caſtropal. & Acugnam apud Leandrum, quia verè tractatū habuit inhoneſtum. Imo eſt ſolicitator, & provocator; nam in caſu ...

ſtante interruptione ſollicitationis factæ à muliere, ſollicitatio deinde facta à Cõfeſſario, licet ſit occaſionata à ſollicitatione mulieris, eſt vera provocatio. Et in caſu verè Confeſſarius dicitur primò ſollicitare, & provocare mulierem ad ſpeciem inhoneſtam, ad quam non provocavit mulier.

582 Ad 5. negat Bord. *num.* 77. quia Confeſſarius ſollicitatus à muliere ad copulam, aut pollutionem, ſi ſit contentus ſolis oſculis, & tactibus, non dicitur ſollicitator, ſed ſolùm conſentiens in actus, ad quos cenſetur à muliere provocatus, dum ab ea fuit provocatus ad copulam, vel polutionem, ad quam illi ſunt actus prævii, & diſpoſitiones; *juxta dicta num.* 480.

Reſp. Eſſe denuntiandum. Leander *cit. q.* 21. Diana 4 *p. tr.* 5. *reſ.* 13. quia verè habet tractatum inhoneſtum in confeſſione: *v. num.* 580.

## QUÆRES VI.

583 *Confeſſarius vocatus à muliere fingente ſe infirmam domi pro ſui confeſſione audienda, ad eam acceſſit, & ab ea fuit ſollicitatus ad turpia; recuſavit Confeſſarius, at ipſa minas addit dicens: ſe exclamaturam vim ſibi inferri, niſi conſentiat; hinc ex metu infamiæ Confeſſarius ſollicitationi conſenſit. An denuntiandus?*

Affirmat eſſe denuntiandum Carena *part.* 2. *tit.* 4. §. 19. *nu.* 94. quia verè habuit tractatum inhoneſtum occaſione confeſſionis. Nec metus excuſat, quia non eſt cadens in virum conſtantem, ſed levis.

584 Negant eſſe denuntiandum Sancius, Acugna, Peyr. Trullench, Freiras, quos refert, & ſequitur Leander *c. p.* 23. Dianã *p.* 4. *tr.* 5. *reſ.* 13. quia ejus conſenſus ad inhoneſta non eſt voluntarius, ſed extortus per vim, & metum gravem, electus ad vitandã infamiam, quæ eſt grave damnum, quod in caſu prudenter, & probabiliter ex mulieris vociferatione timeturi: vis autem, & metus gravis, qualis eſt metus infamiæ excuſat à Conſtitutione Greg. nam excuſat à lege poſitiva, & humana. Tum quia non Confeſſarius occaſione confeſſionis habuit tractatus inhoneſtos, ſed fœmina, & Confeſſarius paſſivè ſe habuit, cum acceſſerit animo audiendi, non ſollicitandi; fœmina inquam, non Confeſſarius occaſionem, ſeu prætextum confeſſionis accepit ad ſollicitandum; cùm autem Bulla Greg. loquatur de Confeſſariis tractatus inhoneſtos habentibus occaſione confeſſionis, non de fœminis, ſequitur, quòd nec Confeſſarius, nec fœmina ſint denunciandi, quatenus caſus non eſt comprehenſus in Bulla Greg. ita Joſeph. de Januario *de caſ. reſerv. reſ.* 58. *v. com.* 1. *de legibus ver. metus.*

585 Diana denique *p.* 10. *t.* 14. *reſ.* 50. mediâ viâ incedens, ait, talem Confeſſarium puniendum eſſe ab Inquiſitoribus, non pœnâ ordinariâ ſed extraordinariâ; nec debere abjurare, quia *ex cap. Sacris de iis quæ vi.* licèt metus attenuet culpam, non tamen eam prorſus excuſat. idem noviſſimè ſentit Bord. *in Man. conſul. ſect.* 25. *num.* 242.

## QUÆRES VII.

586 *Mulier amore capta Confeſſarii fecit amatorias incantationes quibus arte dæmonis accenſus Confeſſarius in Confeſſionario, ejus amori conſenſit. An denuntiandus?*

Reſp. Tancr. *tom.* 4. *tr.* 1. *de Pænit. q.* 20. quòd licèt de hoc caſu videatur poſſe diſcurri, ſicut de metu gravi: ſit tamen denuntiandus, quia dæmon ſuâ arte non privat libertate, niſi fortè Confeſſarium aliquo pacto dementaret: mitiùs tamen eſt puniendus. Ita ille.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## QUÆRES VIII.

587 *Confeſſarius tentavit in domo mulierem quæ ſolum oſculis conſenſit, non facto: acceſſit mulier pro confeſſione ad præfatum Confeſſarium, qui cum audiret in confeſſione oſcula præterita, & repulſam circa factum, dixit mulieri:* & ſi ille vim tibi intuliſſet, quid feciſſes? *cui illa reſpondit:* in tali caſu ceſſiſſem. *Tunc Confeſſarius graviter eam reprehendit, & ad reſiſtendum ſuaſit; quo præmiſſo, & confeſſione peracta Confeſſarius poſt veſperas, aut ſequenti die acceſſit ad domum mulieris, & eam ductam ſolam in quoddam cubiculum, nullis verbis præmiſſis, ſed manibus datis, cognovit. An denuntiandus?*

NEgat Tancr. *cit. quæſt.* 26; quia illa occaſio confeſſionis eſt remota, non proxima. Tum quia hic non dicitur peccare ex occaſione, ſed ex cognitione confeſſionis, unde ſicut non eſt denunciandus Confeſſarius, qui audita confeſſione mulieris (quàm non cognoviſſet, ſi non audiviſſet) accedit ad ejus domum, &c. *ut à numer.* 503. & tractat inhoneſta, ità nec in caſu.

Reſpondeo, eſſe denuntiandum, etiam ſi non eſſet ſecutus effectus, quia ſolicitavit in actu confeſſionis; nam interrogatio illa fuit impertinens ad confeſſionem, & inhoneſta; quoniam fuit callida requiſitio modi pro obtinendo ſuo pravo fine: *v. n.* 506.

## QUÆRES IX.

588 *Confeſſarius mulieri, quæ in confeſſione ſe accuſavit de turpi deſiderio, dixit:* tu non patraſti, quod cupiebas; ſed ſi quis tibi daret quantitatem pecuniæ, id ageres? *An ſit denuntiandus?*

REſp. cum diſtinctione, vel mulier reſpondit affirmativè, vel negativè.

Si reſpondit affirmativè, & Confeſſarius tacuit, & eam non reprehendit, utique Reus ſolicitationis, & denuntiandus. Liquet. Si eam reprehendit, tunc ſolicitudo [illegible] ex exitu. Si enim poſtea acceſſit ad domum, & pecuniam obtulit pro [illegible], Reus eſt ſolicitationis, *juxta dicta n.* 587.

Si reſpondit negativè, & ſic fuit abſoluta, Bordonus *in Trib. ſidei cap.* 23. *n.* 131. [illegible] non eſſe denuntiandum, quia talis interrogatio ſumi poteſt in bonum ſenſum: poteſt enim dici facta in ordine ad habendam notitiam diſpoſitionis pœnitentis, an ſcilicet digna abſolutione: ſi námq; mulier affirmaſſet, eam non abſolviſſet.

Ad Bord. non poteſt hujuſmodi Confeſſarium à nota imprudentiæ eximere, *ut dicta n.* 566.

## CAPUT XII.

### De ſecunda Clauſula.

589 M*Andantes omnibus Confeſſariis, ut ſuos pœnitentes, quos noverint fuiſſe ab aliis, ut ſupra, ſolicitatos, moneant de obligatione denuntiandi ſolicitantes, ſeu ut profertur, tractantes, inquiſitoribus, ſeu locorum ordinariis.*

Pœnitens ſub mortali denuntiare tenetur Confeſſarium ſui ſolicitatorem; quia agitur de re gravi, & de abuſu ſacramenti, etiamſi ſemel eam ſolicitaverit, quia ſemel ſolicitator, eſt verè ſolicitator, de quo loquitur Bulla. Imò qui ſemel ſolicitavit unam, ſuſpectus, quòd ſolicitaverit plures, *n.* 281.

590 Denuntiare tenetur ille, qui ſolicitationem, quatenùs caſu vidit, aut audivit propriis auribus. Etiam ille, qui ſolo auditu immediato, ſcilicet ex ore ipſius Confeſſarii ſolicitatoris, aut pœnitentis fide digni ſeu bonæ famæ. Niſi non benè [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

verborum Tancr. *tom. 4. tr. 1. de Pœnit. q. 23.* vel non recordetur, à quo audivit. Aut ſi quæ audivit, audivit ab ignotis.

591 Difficultas eſt: An ille denuntiare teneatur, ſi audivit à perſonis levibus, & non fide dignis?

Negant Bord. *num. 94.* Leander *cit. q. 57.* & apud ipſum Trullench, Rodr. Port. Corduba, Navar. & Hurt, nam malevolis, & maledicis non eſt credendum, ſed tantùm providis, & honeſtis perſonis, *cap. qualiter 24. de accuſat.* Ratio eſt, quia denuntiator tunc exponeretur periculo gravis damni ſibi, & Reo; ſibi, quia poſſet notari levitatis, juxta illud: *Qui citò credit, levis eſt corde*; Reo, quia illum exponeret periculo infamiæ injuſtæ afflictionis, aut pœnæ. Unde non dicitur ſcire, qui audivit à perſona levi. Henr. & Cord. te monent, ut ipſam, à quo audiſti, mittas ad Inquiſitorem. Negat etiam Bord. ſi pœnitens, à quo audiſti, ſit mas, ſed non juvenis, quia ſolicitatio dicta in perſonam non juvenis, eſt ſuſpecta de malignitate.

Et univerſaliter, Bord. *num. 582.* ait, in dubio ſolicitationis non eſſe onus denuntiandi; quia in dubiis ex una parte quiſque ſuam poſſidet libertatem, ex alia favendum eſt Reo. Tũ quia dubia ſunt in meliorem partem interpretanda, Item Bord. *in man. Conſult. ſect. 25. à num. 108. v. num. 570, 576.*

592 Me tamen magis movet ſententia affirmativa quam tenent Diana *p. 4. tr. 5. reſ. 28.* & Spatharius. Ratio eſt, quia fundamenta ſententiæ negativæ habent locum in aliis criminibus & Tribunalibus, minimè in cauſis, & delictis ſpectantibus ad Sanctum Officium; quia in hoc Tribunali admittuntur teſtes inhabiles, excommunicati, perjuri, infames, crimino ſi de criminibus exceptis, &c. qui ſunt peſſimæ famæ, & leviſſimæ fidei; quod non fit in aliis: & ita non eſt mirum, ſi pro his delictis denuncientur dicta perſonarum levium. Pro his ergo non ſpectat ad te diſcernere, ſi perſona, à qua audiviſti, ſit bonæ famæ, & fide digna, vel non, ſed ad Inquiſitores. Cujus rei ratio eſt, quia delicta hæreſis, aut ſuſpecta de hæreſi, ſunt ita pernitioſa Reipublicæ Chriſtianæ, ut ad ea extirpanda oporteat hujuſmodi teſtes admittere.

593 Illum, qui id audivit ex auditu mediato, hoc eſt à tertia perſona media, quæ id ab alia audivit non teneri denuntiare, ait Bord. *cit. num. 94.* quia ex *l. 2. §. Idem habeo ff. de aqua pluv. arc.* loquendo de auditu mediato dicitur; *Quod audis, neſcire diceris.* Non ſic, qui audivit ex audito immediato, quia hic habet pro authore ipſum actorem ſui dicti. At firmiter puto, quòd denunciare teneatur, ſi aliàs perſona media ſit fide digna. Bonac. *tom. 1. de onere denunt. diſp. 6. pag. 893. nu. 1.* qui id docet quo ad delicta extra cauſas fidei. Quia licèt teſtes ex auditu regulariter non probent, niſi à pluribus audierint, qui ipſi audierint; dant tamen viam inquirendi ab illis, qui immediatè audierunt, aut viderunt. Bord. autem noviſſimè mecum ſentit *in man. Conſul. ſect. 25. num. 166.*

594 Si principalis denuntiavit, aut denuntiare velit, ſcientem ad nihil teneri, quia jam eſt ſatisfactum Sancto Officio, ait Bord. *n. 93.* Hoc autem dico eſſe verum, quando ſciens ſcit ex auditu immedatio à perſona ſolicitata, quia tunc ejus denunciato, cum ſit tota fundata in authoritate dicentis, non habet majorem vim, quàm denuntiatio ipſius perſonæ ſolicitatæ, nec ei addit majorem fidem. Minimè verò quando ſcit ex auditu immedato ipſius confeſſarii ſolicitantis, vel quia lateri confeſſionarii proximus caſu ipſum ſolicitationis actum audivit, non vidit; nam in utroque caſu ſcientis denuntiatio addit denuntiationi perſonæ ſolicitatæ majorem virtutem, &

fidem; quoniam in primo caſu addit confeſſionem extrajudicialem ipſius confeſſarii; in ſecundo addit novum teſtem, ita ut ſint duo teſtes de ſcientia ejuſdem ſingularis delicti, ac proinde in utroque caſu ſciens denuntiare tenetur, etiam ſi perſona ſolicitata denuntiaverit.

595 Item addit Bord. quòd ſciens non teneatur denuntiare, quando perſona ſolicitata excuſatur, quia ſciens uti acceſſorius obligatur eâdem lege, quâ principalis.

Neque hoc puto abſolutè verum, quia poteſt dari cauſa legitima, putà prudens periculum gravis mali, aut impotentia in perſona ſolicitata, quæ non militet in ſciente. Illud eſt verum, quòd mortuo confeſſario expirat onus denuntiationis; quia ceſſat finis legis, qui eſt emendatio, & punitio in aliorum exemplum.

Denique ſubdit Bord. *in man. Conſult. ſect.* 25. *n.* 166. quòd audiens ab ipſo ſolicitante, aut à perſona ſolicitata, quæ ſit bonæ famæ, non teneatur denuntiare, ſi ſolicitator ſe exculpavit coram Inquiſitore.

596 Tam in hoc, quàm in aliis delictis ad Sanctum Officium ſpectantibus, denuntiare tenetur, qui probare non poteſt, ex Decr. Alex. VII. *prop.* 5. die 24. Septemb. 1665. & licèt delictum ſit occultum, & deliquens non ſit diffamatus; quod in aliis Tribunalibus non procedit: ratio primi, quia de ratione denuntionis eſt, ut denunciator non teneatur probare delictum. Tum quia denunciator in Sancto Officio accipitur ut teſtis. Item ſufficit Tribunali ad diligentias adhibendas. Denique contingere poteſt, ut præcedant, aut ſequantur aliæ denuntiationes contra eumdem, quibus additâ tuâ denuntiatione, Tribunal habeat jus inquirendi contra Reum, & vocandi ad judicium.

Ratio ſecundi; quia hæc delicta ſunt contra bonum publicum Reipublicæ Christianæ, quod prævalet bono privato, & juri, quod quis habet in propriam famam, quamvis delictum eſt occultum, aut probari non poteſt.

597 Eâdem ratione denuntiare tenetur, qui ea ſcit ſub ſecreto naturali, etiamſi ſecreto fuerit adjunctum juramentum de non manifeſtando; quia ſecretum naturale eſt bonum privatum, illud autem manifeſtare eſt bonum publicum; quoniam illud tacere præjudicat bono publico. Bord. *n.* 56. Omninò tamen excuſat ſigillum ſacramentale, quia ipſum eſt bonum publicum, & potiori jure ne juramentum tenet; quia eſt de materia mortaliter mala.

598 Non tenetur tamen denuntiare, qui ſcit occaſione conſilii, quia tacere, quod ſcitur occaſione conſilii, ſpectat ad bonum publicum, ad conſervandum ſcilicet opus miſericordiæ, inſtruendo ignorantes, & imperitos. Item inductum in favorem non eſt retorquendum in detrimentum. Bord. num. 58. apud ipſum Sancius, & Trimarchus.

599 Mulier ſolicitata tenetur per ſe ipſam confeſſarium ſolicitantem denuntiare; quia hæc eſt obligatio perſonalis, quæ per alium fieri non poteſt; aliàs denunciatio eſſet ex auditu alterius.

Qui denuntiant per Epiſtolas ſine nomine non ſatisfaciunt, benè verò, ſi eas proprio nomine, & cognomine ſubſcribant; tamen ſunt poſtea à Tribunali vocandi, ut iterùm juridicè deponant.

Mulieres nobiles, & ſimiles, vereri non debent accedere ad Sanctum Officium. Quod ſi valdè vereantur, monere debent Inquiſitorem per internuntium, ut mittat in domum Notarium ad denuntiationem recipiendam. Et ita debent facere Moniales, & puellæ in Monaſterio detentæ, quæ exire non valent.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aptior internuntius eſt confeſſarius, cui Inquiſitor monitus poteſt dare commiſſionem, ut recipiat in ſcriptis, & cùm juramento denuntiationem. Ex Decr. S. Inquiſ. Rom juſſu Urb. VIII. 27. Septemb. 1724. apud Bord. *c. 13. de ſollicit. n. 89.* his verbis: *E quando il penitente tuttavia perſiſteſſe nella medeſima renitenza. N. S. ſi contenta che dal Veſcovo, ò Inquiſitore ſi dia autorità al Confeſſore di ricercare per ſcrittura, e congiuramento la dinuntia, per portarla ſubito à chi gli haverà data l'autorità di pigliarla.* Quem modum expertus ſum aptiorem pro recipienda monialis denuntiatione, abſque periculo quòd denuntians cæteris monialibus manifeſtetur.

Quiſcit Confeſſarium ſollicitantem, teneturillum denuntiare, etiam ſi ſit amicus.

Non tenetur autem, ſi prudenter inde timeat grave malum ſibi, aut ſuis conjunctiſſimis, videlicet patri, matri, marito, filiis, aut fratribus.

Pariter non tenetur eum denuntiare pater, mater, filius, frater, *n. 493.* Tancr. *tom. 4. tr. 1.* qu. 23. Diana *p. 1. tr. 4. reſ. 3.*

600 Si pœnitens ſollicitata non denuntiavit, Confeſſarius autem ex aliorum denuntiatione confeſſus, aut convictus, punitus fuit de eadem ſollicitatione ipſius pœnitentis, denuntiare ampliùs non tenetur; quia non fit bis judicium in eumdem. Tenetur autem denuntiare, ſi Confeſſarius fuit punitus non pro ea, ſed pro alia ſollicitatione, ſive alterius, ſive ejuſdem pœnitentis; quia aliàs non diceretur ſufficienter punitus, cùm magis puniantur duæ ſollicitationes, quàm una, & tres, quàm duæ, &c. Bord. *n.* Diana *p. 4. tr. 5. reſ. 49.*

Imò in cauſa hæreſis, accedente novâ probatione novi actûs hæreticalis, Reus iterùm punitur. Diana *p. 4. tr. 5. reſ. 21.*

601 Confeſſarius ſollicitans poteſt à quolibet ſimplici Confeſſario abſolvi; quia ſollicitatio nullo jure eſt reſervata.

In Diœceſi verò Neapolitana ſollicitatio à Confeſſario facta in actu confeſſionis, aut immediatè ante, vel poſt, eſt caſus reſervatus ſub excommunicatione. Facta verò occaſione confeſſionis eſt caſus reſervatus, ſed non ſub excommunicatione. Primum habetur in Synodo *pag. 97. n. 7.* ſecundùm ibid. *pag. 98. n. 18.*

Sollicitans filiam ſpiritualem confeſſionis, extra tamen caſum confeſſionis, non eſt denuntiandus, quia hic caſus nec ſapit ſuſpicionem hæreſis, nec in Bullis comprehenditur. Bord. *n. 116.*

## QUÆRES I.

602 *An mulier teneatur denuntiare Confeſſarium ſollicitantem, à quo antea plura munera habuit, & ſperat habere abſq; malo ſine ratione eleemoſynæ?*

NEgat Sancius apud Dianam *p. 10. tr. 15. reſ. 46.* quia obligatio gratitudinis circa benefactorem eſt ex jure naturali, quòd prævalet juri humano denuntiationis. Tum quia talis mulier ſe privaret beneficiis futuris, quod eſt idem, ac in propriis bonis jacturam ſentire. Item tenet, ſi munera ſint in perſona mariti, filiorum, parentum, & fratrum, quia natura gratitudinis non ſolùm obligat pro beneficiis in propria perſona ſuſceptis, ſed etiam in perſona mariti, filiorum, parentum, & fratrum.

Reſp. omninò teneri ad denuntiandum. Diana *cit.* qui refert, allatam opinionem fuiſſe ex operibus Sancii delectam à S. Congr. Indicis. Ratio eſt: quia obligatio denuntiandi nedum eſt ex jure humano ratione Edicti, & Bullarum, ſed etiam ex jure naturali, potiori quàm jus gratitudinis; quia eſt ad conſer-

van-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vandum bonum Reipublicæ Chriſtianæ. Tum quia longè major eſt obligatio gratitudinis, quàm habemus Creatori Summo Benefactori, quàm benefactori creato.

## QUÆRES II.

603 *Mulier ſolicitata, certò cognoſcit Confeſſarium ad id motum eſſe, non quia malè ſentiat de Sacramento, ſed ex pura fragilitate. An teneatur eum denuntiare?*

VIdetur, quòd non, quia Pontifices, ut patet *ex cap.* 14. *qu.* 2. moti ſunt ad præcipiendam denuntiationem Confeſſariorum ſolicitantium, quatenùs præſumunt eos malè ſentire de fide, hinc eos declarant ſuſpectos de fide; ceſſante autem præſumptione in lege ceſſat lex. Et ceſſante ſuſpicione hæreſis, delictum ceſſat eſſe Tribunalis fidei.

Reſp. tamen teneri eum denunciare. Præſumptio enim eſt triplex, hominis ſcilicet, & eſt conjecturatio concepta in animo alicujus, ex aliquibus indiciis; juris & eſt probabilis conjectura ex certo ſigno à jure præſcripto, itâ ut eo dato, ſi non probetur contrarium, habetur pro certo, & denique juris, & de jure, quæ à lege ſtatuitur, tanquam firmum jus, itâ ut excludatur omnis probatio in contrarium. Talis in caſu ſolicitationis eſt præſumptio, eſt inquam juris de jure, quæ facit legem abſolutam, & non admittit probationem in contrarium, Conſtitutiones enim Pontificiæ relatæ *nu.* 483. declarant hujuſmodi ſolicitantes ſuſpectos de hæreſi, eoſque abjurare faciunt, non obſtante, quòd fateantur ſe motos ad ſolicitandum, non quia malè ſenſerit, ſed libidinis impetu.

## QUÆRES III.

604 *Confeſſarium poſt ſolicitationem [...] ſomet actu confeſſionis pœnituit ſe [...] An denuntiandus?*

REſp. affirmativè. Diana *p.* 4. *tr.* [...] 22. Bord. *num.* 98. quia aliàs [...] Confeſſarius ſolicitans poſſet [denuntiatio]nem effugere; nam poſt ſolicitationem, [...] pœnitens diſſenſerit, ſive conſenſerit, [...] oſtendere ſigna doloris, & dicere ſe pœ[nite]re. Tum quia, quod factum jam eſt, [...] fieri, *l. in bello* §. *fact. ff. de capt.* [...] *ver.*

## QUÆRES IV.

605 *An pœnitens teneatur denun[tiare] Confeſſarium, ſi credat eum eſſe [emenda]tum?*

NEgat Leander *tr.* 5. *de pœnit. d[iſp.]* [...] *quæſt* 7. & apud ipſum Sout. [...] Naldus, Acugna, Freiras, Port. Pey[...] Lezana, Caſtropal. D. Anton & alii [...] li, quia finis denuntiationis eſt emen[datio] proximi; unde hac habita, ceſſat onus [denun]tiationis; quoniam ceſſat ejus finis [...] docent quoad alia delicta.

Hanc ſententiam limitat Fagundez [...] *lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 17. dicens, [...] re de omnibus delictis ſuſpectis de [...] minimè verò de hæretico formali, [...] emendatio difficulter conſtare poteſt [...] poteſt abſtinere, quin hæreſim, [...] amplexatus, alios doceat. Apud Di[anam] *p.* 1. *tract.* 4. *reſ.* 4. probabilem [...] nionem ait eſſe Bord. *in Trib. fidei* [...] *n.* 98.

606 Signa emendationis, quæ [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...te excuſant, dicunt eſſe, 1. Si delinquens eſt ſacramentaliter confeſſus. Felinus, 2. Si Jubilæum eſt conſecutus. Genuenſis, 3. Si per triennium benè vixit. Freiras, Sancius, & alii, 4. ſpecialiter quoad ſolicitationem, ſi mulier ſolicitata ter, aut quater ad ipſum Confeſſarium accedens, in eo animum libidinoſum, & ſigna libidinis non reperit; quem modum amplectitur Diana p. 4. *tr. 5. reſ.* 23. datâ ſententiâ hac negativa, Ita Leander *cit, qu.* 8. & Doctores *cit.* apud ipſum, 5. Alii id remittunt arbitrio boni viri.

Reſp. tamen pœnitentem, aut ſcientem teneri eum denuntiare, non obſtante judicio, quod ſit emendatus. Diana *p.* 4. *cit.* & apud ipſum Bonac. Suarez, & alii; item Delbene *cum pluribus p. 2. d.* 237. *ſec.* 13. *pet.* 1. *& part.* ... *d.* 18. ubi loquitur de hæretico formali, quia finis denuntiationis in delictis ſolicitationis, & aliis hæreticalibus, aut ſuſpectis de hæreſi, non eſt ſola emendatio proximi, ſed etiam delinquentis punitio publica ad aliorum exemplum coercitionem, & ſecuritatem; quod magis urget, cum reſpiciat bonum publicum Reipublicæ Chriſtianæ, quam emendatio fratris, quæ reſpicit bonum privatum illius: *v. n.* 614.

## QUÆRES V.

607 *Confeſſarius occaſione confeſſionis, & in Confeſſionario habuit per plures vices, & dies pollutionem cum muliere, cui, cùm deberet ipſe Confeſſarius mutare locum, poſtea juſſit, ut de peccato cum nullo alio confiteretur, niſi cum ipſo; fecit mulier, nam ad eum alio die pro confeſſione generali reverſa, ab eo fuit abſoluta. Quo facto mulier per viginti annos ſtetit in bona fide, deindè audiens Religioſum quemdam loquentem de onere denunciandi ſolicitantes in confeſſione, venit in ſcrupulum, an teneatur Confeſſarium denunciare: exponit autem, Confeſſarium vivere eſſe bonæ famæ, & in alia Vrbe Regni in dignitate conſtitutum. Quid dicendũ?*

608 Suppono 1. confeſſionem ultimam fuiſſe validam, quia cum immineret Confeſſario mutatio loci, confeſſio cum eo non fuit fomentum ad peccati continuationem; & licèt indecenter Confeſſarius excipiat, & abſolvat pœnitentem ab ipſo ſolicitatam; validè tamen ex jure communi abſolvit, ſi talis confeſſio non ſit cauſa, & fomentum ad continuationem peccati. Dixi ex jure communi, quia ex ſpeciali in quibuſdam Diœceſibus interdicitur Confeſſariis ſub pœna excommunicationis audire confeſſionem complicis in peccato carnis.

609 Suppono 2. quòd ſi mulier ſolicitata redeat ad ipſum Confeſſarium, qui ſolicitavit, ut cum eo confiteatur, & abſolvatur, non teneatur Confeſſarius monere ipſam, ut denunciet. Bord. *n.* 68. quia ex jure naturæ nemo tenetur ſeipſum prodere, *num.* 493. quod liquet ex verbis Bullæ, *num.* 483. *Vt ſuos pœnitentes, quos noverint fuiſſe ab aliis ſolicitatos &c.* Optimum tamen conſilium erit, ſi Confeſſarius mulierem ſpontanea comparitione præveniat Bord. *n.* 86. his ſuppoſitis

610 Reſp. mulierem iſtam teneri denunciare Confeſſarium. Delbene *pa. 2. d. 237. ſect.* 13. *pet.* 2. Ratio eſt, quia mulier ſolicitata non evaſit onus denunciandi per hoc, quòd confeſſa ſit cum ipſo Confeſſario ſolicitante; quoniam hoc eſt damnatum ab Alex. VII. die 24. Sept. 1665. *prop.* 7. neque per hoc, quod ex lapſu tanti temporis judicio boni viri cenſeatur emendatus ut dictum eſt *n.* 606.

611 Eam tamen ab onere denunciandi liberabunt authores, qui tenent, pœnitentem non teneri denunciare Confeſſarium, ſi credat eum eſt emendatum, *n.* 604. & 605. imò ita expreſsè in caſu tenet Lupus *in edict. Inquiſit.* ... *ag.* 89. cum Acugna Maximè quia *ex l. 2. cap.* de

*de Apoſt.* prohibetur, ne ultrà quinquennium quæratur de ſtatu vitæ alicujus; quoniam ex Farinac. & aliis apud Bord. *in Trib. fidei c. 30. n. 9.* poſt triennium quis præſumitur emendatus: *v. n.* 548. At, ut benè advertit Bord. *cit.* hoc non procedit quoad delicta ad Inquiſitionem ſpectantia. In edicto enim Parmenſi apud ipſum ponitur ℣. 11. tenoris ſequentis:

*E quelli, li quali ſanno, ò hanno havuto, ò hanno notitia di qualſivoglia caſo ſpettante al S. Officio e maſſime d'hereſia, ſono tenuti come di ſopra ſotto l'iſteſſe pene, e cenſure à denunciarli, ne ſono ſcuſati da qualſivoglia conditione, ò longhezza di tempo; onde s'ingannano quelli, che penſano, per eſſer traſcorſi dieci, quindeci, e venti anni, non eſſer più obligati à denunciare i caſi al S. Officio; il che però s'intende di quelli, che non hanno mai ſodisfatto, e denunciato.*

## QUÆRES VI.

612 *An præmittenda ſit ante denunciationem correctio fraterna, ſi firmiter emendatio ſperetur?*

Affirmavêre, præmittendam eſſe correctionem fraternam, ſi ſperetur emendatio, ità ut ea facta, ſi firmiter credatur emendatio, correctus non ſit denunciandus; D. Thomas 2. 2. *q.* 33. *art.* 7. ubi ait: *Quòd ſi aliquis occultè tractet, quomodo civitas tradatur hoſtibus, vel ſi hæreticus privatim homines à fide avertat, & quia ille, qui ſic occultè peccat, non ſolùm in ſe peccat, ſed etiam in alios: oportet ſtatim procedere ad denunciationem, ut hujuſmodi nocumentum impediatur: niſi fortè aliquis firmiter exiſtimaret, quòd ſtatim per ſecretam admonitionem poſſet hujuſmodi mala impedire*: D. Thomam ſecuti ſunt Sotus, Canus, Silveſter, Lopez, Ledeſma, Reginaldus, Port. Joan. de la Crux, & alii apud Dian. *par. 1. tr. 4. reſ. 2.* qui id tenent de omnibus delictis ad S. Officium ſpectantibus, etiam ſi ſint de hæreſi formali. Idem tenent de delicto ſollicitationis, & aliis ſuſpectis de hæreſi, Fagund. Molfeſius, Homobonus, & alii apud Dianam cit. cùm Leandro *cit. q.* & Delrio *in diſquiſit. mag. lib. 5. ſect. 4. n.* apud quem aliqui idem tenent in dubio, ſi profutura correctio. Quorum ratio eſt, quia præceptum correctionis eſt de jure naturali & divino; præceptum verò denunciationis humanum, quód illi prævalere non poſſit; imò Fagundez, & Peyr. apud Dianam cit. addunt, quod ut correctio judicetur non profutura, non ſufficiat fieri ſemel, ſed fieri debere iterùm, atq; iterum, quamdiu judicio prudenti ſperetur emenda, & attendi debeat qualitas correcti, & corrigentis.

613 Reſp. in delictis ad S. Officium ſpectantibus, tam ſi ſint de hæreſi formali, quam ſi ſint ſollicitationis, & ſuſpecta de hæreſi, omninò faciendam eſſe denunciationem nulla præmiſſa correctione fraterna, etiam ſi firmiter emendatio ſperetur. Dianacit. & apud ipſum Bonac. Sancius, Silvius, & alii. Ratio eſt, quia in denunciatione Evangelica præmittenda eſt correctio fraterna, ex Gloſſ. in c. 2. *de accuſat. v. charitativè*; minimè in denunciatione judiciali, quæ quidem eſt lege præcepta in pœnam delicti, qualis eſt denunciatio quoad delicta Inquiſitionis; nam illa eſt præciſè in gratiam fratris, ejus emendationem intendens; iſta eſt magis principaliter in gratiam legis, quæ punitionem intendit, & bonum publicum, quod prævalet bono, & commodo privato fratris, ut loquitur Sotus *in 4. diſt. 14. q. 2. §. ar. F. v. n.* 606.

614 Prætereà in delictis hæreticalibus, & ſuſpectis de hæreſi, difficulter emendatio ſperatur, quia ſunt ità viſcoſa, & perniciosa Chriſtianæ Reipublicæ, ut non ſit facile per correctionem fraternam eorum extirpare

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quentium: liquet experientia de maleficis, & ſuperſtitioſis, qui etiam poſt punitionem, quæ eſt plus denuò ſolent in ſimilia delicta recidere, cum hoc ſolo diſcrimine, quòd accuratius invigilent, & ſtudeant ad ſe occultandum; quod magis nocet publico bono.

615 Denique aperta via correctioni, ſecluderetur via denunciationi; nam iſti ſcientes, quòd correctione deſpecta eſſent denunciandi, & puniendi, econtrà verò, quòd ea recepta, eximeremur, fingerent ſe libenter correctionem acceptare, & ore gratias agerent, ſe excuſando de præterito ex ignorantia, aut inadvertentia; ſunt enim homines callidi, non hebetes.

616 His accedit Decr. SS. Inquiſit. coram Alex VII. die 8. Julii 1660. licèt aliàs *n.* 249. relatum, per illa verba: *Etiam ſi nulla fraterna correctio, vel alia monitio præmiſſa fuerit, omnino teneri, &c. ad denunciandum.*

## QUÆRES VII.

617 *An ſi edictum non publicetur, adhuc mulier ſollicitata teneatur Confeſſarium denunciare?*

RESp. affirmativè. Diana *par.* 4. *tr.* 5. *reſ.* 41. & quia delictum ſollicitationis eſt ſuſpectum de hæreſi, tunc tenetur denunciare ſub mortali, & ſub excommunicatione latæ ſententiæ, vel ex ipſo edicto, quatenùs eſt perpetuum, ut in *n.* 240. vel ex Decr. Univ. Inquiſ. Romæ die 3. Januarii 1625. apud Dianam cit. præcipiente ſub excommunicatione majori latæ ſententiæ, denunciandos eſſe hæreticos, aut de hæreſi ſuſpectos, intra duodecim dies à notitia delicti, Inquiſitoribus, vel locorum Ordinarii: *v. n.* 641. quòd Decretum eſſe perpetuum, docet Diana cit. contra Bord. *in Trib. fidei cap.* 30. *n.* 2.

## QUÆRES VIII.

618 *Cui facienda ſit denunciatio Confeſſarii ſollicitantis, Inquiſitoribus, an Epiſcopo? & an liberetur à denunciatione facienda Inquiſitoribus, qui denunciavit Epiſcopo?*

619 RESp. 1. In Regnis Hyſpaniarum, tam in cauſa ſollicitationis, quàm in cæteris cauſis fidei, denunciationem faciendam ſolis Inquiſitoribus, ità ut denuncians Epiſcopo, non liberetur ab onere denunciandi Inquiſitoribus; imò Epiſcopus tenetur illum ad Inquiſitores pro denunciatione remittere. Diana *par.* 4 *tract.* 5. *reſol.* 52. Leander *tract* 5. *de pœnit. diſp.* 13. *q.* 46. quia licèt ex jure Epiſcopi in cauſis fidei poſſint ſeparatim procedere contra hæreticos, aut ſuſpectos; in Regnis tamen Hiſpaniarum ex conſuetudine, & privilegio ſoli Inquiſitores, nedum in cauſa ſollicitationis, ſed etiam in cæteris cauſis fidei cognoſcunt, & procedunt, Epiſcopis aſſiſtentibus ſolùm per procuratores, qui vocari ſolent Ordinarii; quibus conſuetudinibus non derogat Bulla Greg. & multò magis non derogat decretis à prioribus Pontificibus conceſſis, quòd ſoli Inquiſitores in crimine ſollicitationis cognoſcant.

620 Reſp. 2. In aliis Regnis, & Inquiſitionibus, ubi talis conſuetudo, & tale privilegium non adeſt, denunciationem fieri poſſe ſolis Epiſcopis, ità ut denuncians liberetur ab onere denunciandi Inquiſitoribus; quia per Bullam Greg. XV. conceditur Epiſcopis, ut poſſint ſimul, aut ſeparatim cognoſcere de crimine ſollicitationis. Item conceditur Epiſcopis, ut in cauſis fidei, tam contra hæreticos, quàm contra ſuſpectos, poſſint procedere ſeparatim ab Inquiſitoribus, ex *cap. Per hoc, de hæret. in* 6. *cap. Ut Inquiſitio-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*nes, de hæret. in 6.* & in aliis textibus apud Dianam cit. unde Epiſcopi de jure communi in cauſis fidei procedunt; ac proindè juriſdictio Inquiſitorum non præjudicat juriſdictioni Epiſcopi, quia non eſt Inquiſitoribus data privativè, id eſt excluſivè quoad Epiſcopos, ſed cumulativè. Unde ait Diana, Inquiſitores eſſe datos Epiſcopi tanquam adjutores.

## QUÆRES IX.

621 *Epiſcopus ſolicitans, cui ſit denunciandus?*

RESP. Epiſcopos ſolicitantes non eſſe denunciandos Inquiſitoribus, ſed Sedi Apoſtolicæ. Leander *tract. 5. de pœnit. diſp. 13. queſt. 50.* Thom. Hurt. Caſtropal. Fagun. & alii apud ipſum. Quia Epiſcopus etiam in cauſa hæreſis non ſubditur Inquiſitoribus, ex *c. Inquiſitores, de hæreſi in 6.* & Trid. *ſeſſ. 24. c. 5. de reform.* his verbis:

*Cauſæ criminales graviores contra Epiſcopos etiã hæreſis (quod abſit) quæ depoſitione, aut privatione dignæ ſunt, ab ipſo tantùm Summo Rom. Pontifice cognoſcantur, & terminentur.*

622 Nomine Epiſcopi hic veniunt Epiſcopi titulares, item Epiſcopi electi, & à Sede Apoſtolica approbati, licèt non jam conſecrati; minimè ſi ſint ſolùm electi.

623 Pariter Sedi Apoſtolicæ ſunt denunciandi Nuncii, ſeu legati Sedis Apoſtolicæ, ejuſque Officiales. Illi autem dicuntur legati, miniſtri, ſeu officiales Sedis Apoſtolicæ, qui ad negotia ejuſdem Sedis deſtinati ſunt; minimè, qui ad cauſas particulares quotidie à Sede Apoſtolica mittuntur. Quia iſti non negotia Sedis Apoſtolicæ, ſed perſonarum particularium tractant, licèt authoritate Sedis.

Nec obſtat, quòd Inquiſitores habeant à Summo Pontifice delegationem ſpecialiter contra omnes; quia ſub delegatione procedendi contra quaſcumq; perſonas cujuſcumque dignitatis, & quibuſvis generalibus verbis, non comprehenduntur Epiſcopi, niſi expreſsè, & ſpecialiter de Epiſcopis in commiſſione facta fuerit mentio. Ità Leander.

## QUÆRES X.

624 *Inquiſitor ſolicitans, cui ſit denunciandus?*

PEnna, & Emericus apud Leandrum q. 51. qui tenent, Inquiſitores immediatè eſſe delegatos Sedis Apoſtolicæ, & ejus officiales, conſequenter docent eſſe denunciandos Sanctæ Sedi.

Simanchas verò, qui tenet, eſſe Subdelegatos, & Commiſſarios Inquiſitoris Generalis, docet eſſe Inquiſitori Generali, ſeu Supremo Tribunali Inquiſitionis denunciandos.

## QUÆRES XI.

625 *An Generales Ordinum ſint denunciandi Inquiſitoribus, & à quo puniendi?*

RESP. eſſe denunciandos Inquiſitoribus, ut patet ex verbis Bullæ Gregor. *Regulares cujuſcumque dignitatis, & præeminentiæ quovis privilegio muniti exiſtant.*

626 Quantum ad punitionem verò [illegible] *in ſacro Trib. cap. 27. n. 27.* & apud Dianam *par. 4. tract. 8. reſ. 23.* uterque Rodriguez & Navar. volunt, quod denunciatione accepta, non poſſint ulterius procedere contra Generales, ſed debeant Sedem Apoſtolicam monere, ut decernat, quid agendum. [illegible] ligunt ex *c. Inquiſitores 16. in 6.*

*Si tamen Inquiſitores ipſi, Epiſcopos, vel alios Superiores Prælatos ſciverint, vel invenerint circa crimen hæreſos commiſiſſe, aut de hoc diffamatos exiſtere, vel ſuſpectos, tenebuntur Sedi Apoſtolicæ denunciare.*

627 Reſp. poſſe Inquiſitores contra Generales procedere. Diana cit. & Freitas, [illegible]

quia præfatum caput *Inquiſitores*, ſolùm excipit Epiſcopos, ut dicunt Diana, & Freiras; ſed primò, quia Greg. XV. poſtquàm in verbis n. 483. relatis comprehendit Generales, ut concedit ipſe Bord. *c.* 25. *nu.* 114. de iiſdem ſub eadem generalitate, & ſpecialitate loquendo, concludit: *In Officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis ſeveriſſimè, ut infra, puniantur.*

628 Secundò, quia Urb. VIII. in Bulla, *Cum ſicut accepimus*, die 5. Novembr. 1631. decrevit, & voluit, ut omnes conſtitutiones hactenus editæ, & impoſterum edendæ in materia Sancti Officii omnium Religionum, *Profeſſores omnino comprehendant, perindè ac ſi præfati, & alii quantumlibet privilegiati in eis nominatim expreſſi fuiſſent, &c. niſi in eiſdem conſtitutionibus hujuſmodi ſpecialiter, & expreſſè excipiatur, etiamſi ipſi privilegiati forent magis ſpeciali notâ, & expreſſione digni.* Ad cujus effectum facit derogationem omnium gratiarum, & privilegiorum in contrarium: *Cum quibuſcumq; clauſulis, & decretis etiam quantumlibet extraordinariis, & cautelis quomodolibet, & ex quacumq; cauſâ conceſſorum, etiamſi in corpore juris clauſa ſint.*

629 Hinc fit, quòd Superiores Generales Religionum, nedum non poſſunt ſe immiſcere in cauſis ſuorum Religioſorum circa delicti hæreſis, aut ſuſpecta de hæreſi, ut habetur in Decr. Pauli V. & Alex. VII. *nu.* 249. ſed debeant ſuos Religioſos remittere ad Sanctum Tribunal; verùm etiam ipſi quo ad præmiſſi delicta ſubduntur huic Tribunali.

630 His non obſtantibus, ait Diana, non debere Inquiſitores procedere contra Generales, ſed debere certiorem facere Supremum Tribunal.

## QUÆRES XII.

631 *Intra quem terminum facienda eſt denunciatio, & danda abſolutio?*

TErminus pro denuntiatione facienda pendet ab edicto Inquiſitorum. *In edicto Inquiſit. Hyſpan.* apud Leandrum *q.* 53. ſolent aſſignari ſex, aut ſeptem dies, *n.* 617. *& n.* 26. *&* 237.

632 Dies autem termini non computantur in termino. Diana *par.* 4. *tr.* 5. *reſ.* 41. unde ſi edictum publicetur die Dominicâ hora 16. quia una dies conſtat ex 24. horis, incipit die ſequenti eadem horâ, & terminat ſequenti Dominicâ eadem horâ.

633 Quæ ignoravit publicationem edicti, tenetur denunciare non ſtatim, ac ſciat, ſed intra eundem terminum computandum poſt diem notitiæ, quia non debet eſſe pejoris conditionis, ac illa, quæ habuit notitiam. Leander *tr.* 5. *de pœnit. diſp.* 13. *q.* 55.

634 Quæ ſunt conformia edicto Inquiſit. Regni Siciliæ, ubi habentur hæc verba: *Habbiate da venire perſonalmente, e comparire innanzi di Noi, per dirlo, e manifeſtarlo frà termine di giorni ſette primi ſeguenti, doppo che queſte noſtre lettere ſaranno lette, e publicate, ò di quelle haverete notitia, in qualſivoglia modo, chi ſia.*

635 Idem tenet Leander *cit. q.* 56. cùm Trullench. de ea, quæ ſcivit, ſed fuit impedita ceſſante impedimento.

Probabiliùs tamen dico, quòd teneatur ſtatim. Diana *par.* 4 *tr.* 5. *reſ.* 26. quia cùm ſciverit, jam habuit tempus providendi, & conſulendi: *v. n* 48.

636 Imò ſi intra terminum impedimentum futurum prævideat, puta quia debet iter agere ante terminum, eam non libero à mortali,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſi non denunciet, antequam ſpiret terminus. Sicut non liberatur à mortali, ſi intra tempus, quo obligat præceptum confeſſionis, & communionis annuæ, prævideat impedimentum futurum, v. gr. inopiam Confeſſariorum, &c. & non præveniat Diana *par. 4. tr. 5. reſ. 29.* contra Joannem Sancium.

637 Termino autem culpabiliter elapſo, incidit in excomunicationem majorem latæ ſententiæ, à qua à nullo poteſt abſolvi, niſi facta denunciatione; ſicut fur abſolvi non poteſt, niſi facta reſtitutione; & ulterius ſemper in ea perdurat peccatum mortale, & obligatio denunciandi.

638 Confeſſarius prudens non debet mulierem abſolvere, antequàm denunciet, ſed debet priùs eam remittere ad denunciandum: idem & in aliis delictis dicendum eſt de viro, præſertim ſi ſit homo ordinarius; quia hujuſmodi abſoluti, haud ampliùs curant denunciare. Diana *par. 1. tr. 4. reſ.* 27. contra Bord. *n.* 86. qui ait, abſolvendam eſſe, ſi promittat denunciare; quia ſic eſt ſatis diſpoſita ad ſacramentum.

639 Hoc autem limitat Diana *par. 1, tr. 4. reſ.* 27. cum Zanardo, Rodr. & aliis niſi urgeat neceſſitas communionis, & perſona ſit timoratæ conſcientiæ, ac promittat quamprimùm denunciare; & univerſaliter, ſi adſit cauſa, ob quam prudens Confeſſarius judicet denunciationem eſſe differendam. Idem ait Nava apud Dianam cit. de hæretico.

## QUÆRES XIII.

640 *Mulier incidit in excommunicationem ob denunciationem omiſſam, modo pœnitens accedit ad Confeſſarium, promittens ſe ſtatim denunciaturam. An poſſit abſolvi?*

LUcius apud Dianam *par. 4. tr. 5. reſ.* 35. affirmat, poſſe abſolvi virtute Bullæ Cruciatæ, aut privilegiorum à Religioſis, [illegible] retinens rem alienam, poteſt bis, [illegible] ſolvi cum propoſito reſtituendi, [illegible] tumax, eò quòd non vult ad judicium [illegible] re, poteſt abſolvi, ſi det cautionem [illegible] judicio. Ita qui promiſit denunciare.

Reſp. cum Diana cit. negativè, [illegible] cenſuræ; nam non poteſt quis à peccato [illegible] ſolvi, niſi priùs à cenſuris; & quia [illegible] non poteſt quis abſolvi per Bullam, niſi ſatis facta parte, ſequitur, quòd talis mulier [illegible] poſſit abſolvi, niſi priùs denunciet; [illegible] ſertim in cauſis S. Officii, utpote quæ [illegible] ad fidem.

## QUÆRES XIV.

642 *Mulier iſta, quæ incidit in excommunicationem ob omiſſam denunciationem [illegible] denunciatione, poſſit à quolibet Confeſſario [illegible] ſolvi?*

AFfirmat Lupus *p. 1. l. 5. ar. 3. diſ.* [illegible] quia reſervatio hujus cenſuræ [illegible] perſeverat, quamdiù perſeverat onus denunciandi; unde expirat ſatisfacta parte, [illegible] tuo denunciando id ſuadet ex verbis [illegible] quæ eſſe ſolent:

*E dalla detta ſcommunica [illegible] incorreranno i diſobedienti, [illegible] Noi, ò dal Supremo Tribunale del S. Officio [illegible] eſſere aſſoluto, ſe prima non haverà [illegible] al S. Officio.*

Reſp. non poſſe à quolibet Confeſſario [illegible] ſolvi; benè verò virtute Bullæ, aut à Regularibus virtute privilegiorum. Bord. [illegible] 30. *n.* 19. Ratio primi, quia talis excommunicatio eſt reſervata Pontifici, & Inquiſitoribus, præſertim ex Decr. die 3. Januarii [illegible] relato *num.* 617.

Præterea fruſtranea eſſet reſervatio, [illegible] ſtante onere denunciandi, cenſura [illegible] poſſet à quolibet, etiam non privilegiato [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

olvi, nam non haberet effectum ante ſatisfactionem; quia ſecluſa reſervatione cenſura impoſita ad ſatisfactionem, non poteſt ante ſatisfactionem partis nolentis abſolvi, ſicut potens, & nolens reſtituere, abſolvi non poteſt, quamvis furtum non ſit reſervatum: nec effectum haberet poſt, quia tunc ceſſaret. Verba autem edicti ſolùm dicunt, quòd non poſſit abſolvi, niſi priùs denunciet, minimè, quòd facta denunciatione, abſolvi poſſit à quolibet Confeſſario, etiam non privilegiato.

Ratio ſecundi, quia ſatisfacta parte, Regulares habent privilegia abſolvendi ab omnibus reſervatis Pontifici, exceptis contentis in Bulla Cœnæ; & multò magis cæteri Confeſſarii virtute Bullæ Cruciatæ.

642 Hinc rectè advertit Diana *cit. reſol.* 19. tam in hoc, quàm in cæteris caſibus Inquiſitionis, eos, qui neglexerunt denunciare, quando poſteà denunciant, non teneri Inquiſitoribus negligentiam fateri, nec cùm eis pro abſolutione confiteri, quia jam poſſunt à Regularibus, & à cæteris virtute Bullæ abſolvi. Quòd valdè facilitat negligentes ad denunciandum; & debent ad hoc Confeſſarii attendere, ne pœnitentes hujuſmodi deterreant, & à denunciando impediant.

Ex his colliges, mulierem ſollicitatam extincto onere denunciationis, quatenùs v. gr. Confeſſarius eſt mortuus, aut ex alio capite, poteſt ut ſuprà abſolvi. Leander *tr. 5. de pœnit. diſp. 13. quæſt. 59.*

## QUÆRES XV.

643 *Mulier incidit in excommunicationem ob omiſſam denunciationem, modò ei ſupervenit legitimum impedimentum. An poſſit abſolvi?*

RESP. poſſe abſolvi à privilegiatis, vel virtute Bullæ, ad reincidentiam, & cùm promiſſione denunciandi impedimento ceſſante; quo quidem ceſſante, non denunciando denuò reincidit in culpam, & cenſuram reſervatam. Ratio eſt, quia durante legitimo impedimento non obligat ſatisfactio partis; non tamen extinguitur, ſed ſuſpenditur, niſi adſit caput, quo extinguatur obligatio denunciandi. Suadetur à pari de eo, qui fuit in culpa ad reſtituendum, & poſteà evadit impotens, qui poteſt abſolvi durante impotentia.

Durante autem impedimento, v. gr. infirmitate, &c. non tenetur quis denunciare per alium, v. gr. per Confeſſarium, quia obligatio denunciandi eſt perſonalis. Imo, ſi quando primò habuit notitiam ſollicitationis, aderat impedimentum, tunc eo durante poteſt à quolibet ſimplici Confeſſario abſolvi cùm promiſſione, ut denunciet impedimento ceſſante; quia tunc nec habetur reſervatio, nec delictum non denunciando.

644 Prudens autem Confeſſarius non debet hujuſmodi mulierem abſolvere, ſi impedimentum eſt duraturum per paucos dies, in quibus non urgeat neceſſitas communionis, ut in *n.* 638.

## CAPUT XIII.

### De 12. & ultima Clauſula.

645 *QUod ſi hoc officium prætermiſerint, vel pœnitentes docuerint non tene-*

ri

*ri ad denunciandum Confeſſarios ſolicitantes, ſeu tractantes, ut ſuprà. Iidem locorum Ordinarii, & Inquiſitores illos pro modo culpæ punire non negligant.*

646 Confeſſarii non monentes ſuos pœnitentes de onere denunciationis, aut docentes non teneri, peccant mortaliter ut patet per illam particulam, *mandantes*, in 11 clauſula appoſitam *nu.* 589. & ulteriùs incurrunt pœnas ab Alex. VII. & Paulo V. fulminatas, *num.* 248. & 250. relatas.

647 Et idem dico de cunctis Superioribus, & Religioſis, qui ſuos pœnitentes, aut conſilium petentes non monent de onere denunciationis, aut eos docent non teneri in delictis Sancti Officii, etiam de levi ſuſpectis, ut conſtat ex ipſis decretis cit.

QUÆRES.

648 *Confeſſarius, poſtquàm ſolicitavit mulierem, ſciens eam denunciaturam, ut id evaderet, fecit, ut confiteretur cum alio Confeſſario, fingens eum habere authoritatem ex Sancto officio, ſicque haud ampliùs obligari: hinc ille alius Confeſſarius ex condicto idem fingens, excepit mulieris confeſſionem. Quæritur, quomodò ſe gerere debeat tertius Confeſſarius cum hac muliere?*

RESp. debere eam monere ad denunciandum Confeſſarium ſolicitantem, manifeſtando Tribunali utriuſque Confeſſarii dolum. Sequitur ex Decreto de *num.* 249

## CAPUT XIV.

*De qualitate delicti ſolicitationis.*

QUÆRES.

649 *An Confeſſarius ſolicitans ſit ſuſpectus de hæreſi.*

650 COnfeſſarius in actu confeſſionis ſolicitans ad inhoneſta eſt ſuſpectus de hæreſi, quia ſpecialiter adverſatur fini principali Sacramenti pœnitentiæ, qui eſt peccatorum remiſſio, dando (ut ait Greg.) pro medicina venenum; & ſic videtur, quòd malè ſentiat de Sacramento Pœnitentiæ.

651 Eâdem ratione Confeſſarius, qui in confeſſione ſolicitaret ad alia crimina, eſt ſuſpectus de hæreſi. Alberghinus *de Hæreſ.* p. 136. Pegna, Freiras, & alii contra Azorium, Port. & Bonac. apud ipſum. Non incurreret tamen pœnas à Pontificibus contra ſolicitantes fulminatas; quia hæ pœnæ contra ſolicitantes ad inhoneſta ſtatuuntur, ob ſpecialem turpitudinem ſolicitationis, quatenus ſolicitatio ad inhoneſta eſt valde periculoſa, & confeſſionem maximè odioſam reddens. Diana *p.* 4. *tr.* 5. *reſ.* 17. Nec eas incurrit ſolicitans ad inhoneſta in aliis Sacramentis; quia cum talis ſolicitatio in aliis ſacramentis non ſit ita facilis, Pontifices non inflixêre contra ſolicitantes in confeſſione. Dian. *cit. reſ.* 16.

652 Eſt ſuſpectus de fide Confeſſarius, qui ſollicitet immediatè ante, vel poſt; quia ſolicitans cenſetur in confeſſione ſolicitare. Diana *cit. reſ.* 50. contra Soolam, qui dicit eum non eſſe de fide ſuſpectum, quia in actu confeſſionis non ſolicitavit, ſed ſolicitationem diſtulit, aut anticipavit, dat intelligere, ſe noluiſſe integritatem confeſſionis maculare.

653 Similiter eſt ſuſpectus de fide Confeſſarius ſolicitans ex occaſione, aut prætextu confeſſionis, vel ſimulando confeſſionem; quia ſacramento abutitur, eique injuriam infert. Diana *cit. reſol.* 50.

654 Confeſſarius ſolicitans in Confeſſionario, non ex prætextu, nec occaſione confeſſionis, nec ſimulando confeſſionem, eſt ſuſpectus, & abjurare debet. Diana *par.* 4. *tr.* 5. *reſ.* 50. & *par.* 10. *tr.* 14. *reſ.* 51. contra Garciam

Bullæ Greg. XV. poſtquàm recenſuit ſeptem caſus ſolicitationis, inter quæ eſt ſolicitatio in Confeſſionario abſq; occaſione, aut prætextu confeſſionis, ut in n. 522. immediatè ſequitur, & injungit Inquiſitoribus: *Ut ſuper his contra prædictas ſimul, vel ſeparatim inquirant, prout in cauſis fidei, &c. inquirant, & procedant.* His accedit praxis, tam Inquiſitionis Romanæ, ex Diana cit. quàm Inquiſit. Hiſpanæ, ex Alberghino cit. *p. 233. n. 6.* quia hujuſmodi Confeſſarii habentur ſuſpecti de fide, & abjurant; quoniam injuria loci redundat in Sacramentum, cujus locus eſt Tribunal. Dantur igitur ſuſpecti ſuſpicione ex præſumptione juris de jure: *v. n. 603.* Carena verò negat eſſe ſuſpectum; quia ex ſola ratione loci nulla ſuſpicio oritur.

655 In caſibus, in quibus Confeſſarius ſolicitans eſt ſuſpectus, eſſe ſuſpectum de vehementi, in praxi ſervat Inquiſitio Rom. de levi Inquiſitio Hyſpana.

656 Mulier tamen Confeſſarium ſolicitans non eſt ſuſpecta de hæreſi; 1. quia non accedit ad Confeſſarium animo ſe accuſandi, & ſacramentum pœnitentiæ ſuſcipiendi; adeóq; cùm nullum ſit ſacramenti initium, nullus eſt ſacramenti abuſus, ut patet de illo, qui ad Confeſſarium callidè accedit animo eum inducendi ad compoſitionem, & furtum; 2. quia nullum eſt jus, quòd eam præſumat ſuſpectam. Diſpar autem eſt ratio de ſacerdote pœnitentem ſolicitante, quia pœnitens vel ſupponitur accedere animo confitendi, & ſacramentum pœnitentiæ ſuſcipiendi, & ſic accedit pro ſacramentali confeſſione, ac proindè Confeſſarius ſolicitando ad inhoneſta, aut ad alia crimina, vel in aliis ſacramentis, dicitur ſacramento abuti, & inde ſuſpectus de hæreſi, quamvis pœnitens ſolicitationi conſentiat, & ſacramentum minimè perficiatur: *v. n. 494.*

Et tunc Confeſſarius ſolicitans ad inhoneſta, eſt ſuſpectus de hæreſi, nedum ex vi Bullæ Greg. XV. verùm etiam independenter ab illa, ſicut eſt ſuſpectus ſolicitans ad alia crimina ob abuſum Sacramenti.

Vel ſolicitatio ſupponitur facta à Confeſſario in confeſſionario extrà occaſionem cõfeſſionis, vel quando Confeſſarius in confeſſione à muliere ſolicitatus conſentit. Et tunc adhuc eſt diſparitas, quia licèt in neutro caſu habeatur initium ſacramenti, nec ſacramentum, cùm pariter mulier non accedat animo ſe accuſandi; in priori tamen caſu habetur ſuſpicio ex præſumptione juris de jure, per recenſita verba Greg. XV. non ſic in poſteriori; quia nullum habetur jus, quòd mulierem ſolicitantem ſuſpectam præſumat: *v. n. 603.*

Finis Tomi Secundi.